celo ꝑm multos sũt diuersarũ specierũ ⁊ rationũ.nõ tamen ista distinctio specierũ est ꝑm propriũ modum diuisionis quantitatis a quantitate puta ꝑm cõtinuũ uel discretũ: aut ꝑm lineã ⁊ superficiẽ corpus: aut ꝑm bicubitũ ⁊ tricubitũ.sed ꝑm cõem modum diuisionis formarum.quia vna illarum quantitatum est corru/ptibilis: alia incorruptibilis.omnia autẽ talia distin/guũtur genere ex.8° metaphisice.aut quia vna illa/rum est educta de potẽtia materie.non autem alia. Aliud exẽplum potest eẽ de visu hominis ⁊ visu asi/ni qui distinguũtur specie: non ꝑm proprium modũ distinctionis sensuũ scʒ ratione obiecti.sed alio mo/do.⁊ infinita exempla ex hoc dari possent.¶ Ad 2^am improbationem dico ꝙ obiecta distinguũt habit⁹ in alio genere cause ꝙ̃ efficientis:puta in genere cause formalis uel finalis.quia sicut dicit scũs Tho.prima 2^e.q.j.arti.3°. Obiectum est forma extrinseca ipsius actus ⁊ dat ei speciem. Et similiter dicendum est de habitu imo ⁊ de potẽtijs anime ut ipse ponit pma pte q.77.arti.3°.¶ Ad 3^m dico ꝙ ratio quam credit stare non stat ut superius dictum est.⁊ hec de 2° articulo. Ratio vo facta in pede questionis ad oppositũ pre/dictorũ soluitur facile per primam cõclusionem. Et hec de prima questione.

Terum circa prolo/gum 2° querit̃: Utrũ habitus theolo/gie sit practic⁹.

Et arguitur ꝙ sic. Ille habitus est pure practicus cuius finis est scire operari.sed finis theologie est scire operari uel qualiter operandum est ut perueni/atur ad salutem.iuxta illud Jacobi p°. Estote facto/res verbi ⁊ non auditores tm̃.ergo videtur ꝙ sit pra/ctica:⁊ non speculatiua. Jn oppositum arguitur sic: Nulla scientia humano ingenio acquisita potest esse nobilior theologia.sed aliqua scientia acquisita ẽ no/bilior omni scientia practica.ergo theologia non est scientia practica.sed potius speculatiua.a^or nota est. b^or ꝓbatur.quia aliquie scientie acquisite sunt pure speculatiue ut geometria ⁊ metaphisica.sʒ tales sũt nobiliores scientijs practicis:ut dicitur p°.metaphisi/ce.igitur. Jn hac questione duo erunt articuli.in pri/mo ponentur ɔ̃nes.in 2° mouebuntur dubitationes Quantum ad primum sit prima ɔ̃.ꝙ scientia proprie speculatiua differt a practica ꝙ̃tum ad finem ⁊ ꝙ̃tũ ad materiam de quibus sunt: sic ꝙ finis speculati/ue est cõsideratio veritatis.materia aũt eius est res ope scientis nõ operabilis.practice aũt finis est ope/ratio.⁊ obiectũ eius uel materia est res ab hui⁹ sci/entiam habente operabilis. Jstam ɔ̃nem ponit scũs Tho.super Boetiũ de trinitate.q.5.arti.p°.vbi sic ait Theoricus siue speculatiuus intellectus in hoc pro/prie ab operatiuo siue practico distinguitur ꝙ specu latiu⁹ habet pro fine veritatẽ quam considerat.pra/cticus autem veritatem consideratã ordinat in ope/rationẽ tanꝙ̃ finem.⁊ ideo phs dicit.3° de anima ꝙ differunt ab inuicem fine. ⁊ 2° metaphisice dicitur ꝙ finis speculatiue est veritas.finis autem operati/ue siue practice actio. Cum igitur oporteat materi/am fini esse proportionatam oportet practicarũ scie/tiarum materiã esse res illas q̃ a nr̃o ope fieri possũt ut sic earũ cognitio in opationem q̃si in finẽ ordinari possit. Speculatiuarũ vo scientiarũ materiã opor/tet esse res que a nostro opere nõ fiũt.vñ illarũ con/sideratio in operationẽ ordinari nõ põt sicut in finẽ. hec ille. Quod autẽ ista ɔ̃ intelligenda sit de scia ꝓprie speculatiua.patʒ per ɔ̃nẽ sequentẽ.¶ 2^a ɔ̃ est ꝙ sci/entia ꝑm quid speculatiua nõ differt semp a specula tiua ꝙ̃tum ad materiã uel obiectũ.imo aliqs potest habere scientiã speculatiuã de re opabili ab ipso et sic de eodẽ habere scientiã speculatiuã ꝑm qd ⁊ scie/tiam simpliciť practicã. Jstã ɔ̃nem in sentẽtia ponit scũs Tho.pma parte.q.14.arti.16°. Aliqua ingt est scientia speculatiua tm̃.aliqua practica tm̃.aliq ꝑm aliqd speculatiua ⁊ ꝑm qd practica.¶ Ad cuius eui/dentiã sciendũ ꝙ aliqua sciẽtia põt dici speculatiua tripliciť. Primo ex parte rerũ scitarum que nõ sunt opabiles a sciente.sicut sciẽtia hoĩs de rebus nãlib⁹ uel diuinis.2° mõ ꝙ̃tum ad modũ sciendi.utputa si edificator cõsideret domũ diffiniendo diuidendo et cõsiderando eius vniuersalia ꝑdicata.hoc enim est opabilia mõ speculatiuo ɔ̃siderare ⁊ non ꝑm ꝙ sunt opabilia. Operabile enĩ est aliqd ꝓpter applicatio/nem forme ad mãm ⁊ non per resolutionẽ compositi in principia vniuersalia formalia.3° ꝙ̃tum ad finem nam intellectus practicus differt a speculatiuo: fine ut dr̃ 3° de aĩa. Jntellectus aũt practicus ordinatur ad finẽ opatiõis.finis aũt intellectus speculatiui est cõsideratio veritatis.si g̃ edificator cõsideret qualiť põt fieri aliqua domus nõ ordinans ad finẽ opera/tionis sed ad cognoscendũ tm̃:erit ꝙ̃tũ ad finẽ specu latiua cõsideratio tñ de re opabili. Sciẽtia g̃ que est speculatiua rõne ipsius rei scite est speculatiua tm̃. Que vo est speculatiua ꝑm modũ uel ꝑm finẽ est ꝑm qd speculatiua ⁊ ꝑm qd practica. Cũ vo ordinat̃ ad finẽ opationis est simpliciť practica.hec ille. Ex qb⁹ apparet ꝙ scia que dicit̃ speculatiua solũ ꝓpt̃ modũ considerandi uel propter finem cognitionis põt esse de re operabili.ac per hoc circa eandem materiam cum scientia practica. Patet etiam ꝙ scientia dicit̃ simpliciter ⁊ proprie speculatiua que est sicut de pñ/cipali obiecto de re nõ operabili a sciente.sed scien/tia non ideo dicitur simpliciter aut proprie practica que est de re operabili a sciente sed ex fine simpliciť practica iudicatur. Sciendum tamen ꝙ non est in/conueniens aliquam esse scientiam simpliciter pra/cticam ⁊ tamen aliquod obiectũ eius minus princi/pale nullo modo esse operabile a sciente.sicut patet de scientia morali que in aliqua sui parte agit de po/tentijs anime.scientia ergo dicit̃ simpliciter specula/tiua cuius principale obiectum est non operabile a sciente.⁊ finis eius est cõsideratio veritatis.sed illa dicit̃ simpliciter practica cuius principale obiectum est a sciente operabile.et eius finis est operari.¶ 3^a ɔ̃ est: ꝙ aliqua scientia que non est actu simplici/ter practica potest fieri simpliciter ⁊ actu practica;

quedam vero non. Jstam autem intendit sanctus do-
ctor de veritate. q. 3ª arti. 3°. vbi sic ait. Sicut dici-
tur 3° de anima. intellectus practicus differt a spe-
culatiuo fine. finis enim speculatiui est veritas ab-
solute. sed practici est operatio vt dicitur 2° metaphisi-
ce. Aliqua ergo cognitio dicitur practica ex ordine ad
opꝰ. quod contingit dupliciter. Quandoque in actu dum actuali-
ter in opus ordinatur. sicut cum artifex preconcepta for-
maꝰ proponit eam in materiam inducere. et tunc est actu pra-
ctica cognitio. et similiter cognitionis forma. Quandoque vero
cognitio est ad actum ordinabilis non tamen actu ordina-
tur. sicut cum artifex cogitat formam artificii. et scit
per modum operandi. non tamen operari intendit. et certum est quod
hec est practica habitu vel voluntate. non autem actu. Quando
vero cognitio nullo modo est ad actum ordinabilis tunc
est cognitio pure speculatiua. et hoc etiam dupliciter con-
tingit. Uno modo quando cognitio est de rebus illis que non
sunt nata produci per sciam cognoscentis. sicut cum nos
cognoscimus naturalia. Quandoque vero res cognita est quidem
operabilis per sciam. tamen non consideratur vt operabilis est. res
enim per operationem in esse producitur. Sunt autem quedam
que possunt separari secundum intellectum. que non sunt sepa-
bilia secundum esse etc. Quando autem consideratur res per intellectum
operabilis distinguendo ab inuicem ea que secundum esse distin-
gui non possunt. non est practica cognitio actu nec ha-
bitu: sed speculatiua tantum. sicut si artifex consideret
domum inuestigando passiones eiꝰ et genꝰ et differen-
tias et alia huiusmodi que secundum esse indistincte inueniuntur in re
ipsa. Sed tunc consideratur res vt operabilis quando considera-
tur in ipsa omnia que ad eiꝰ esse requiruntur. hec ille.
Idem ponit q. 2ª arti. 8. Artifex inquit de operabili du-
plicem habet cognitionem: speculatiuam. s. et practicam.
Speculatiuam quidem siue theoricam cognitionem ha-
bet cum rationes operis cognoscit: sine hoc quod ad ope-
randum per intentionem applicet. sed tunc proprie habet
cognitionem practicam quando extendit per intentionem
rationem operis ad operis finem. et secundum hoc medicina diuiditur
in theoricam et practicam. vt Auicenna dicit. Ex quo patet quod
cognitio artificis practica sequitur eius cognitionem
speculatiuam. cum practica efficiatur per extensionem specu-
latiue ad opꝰ. remoto autem posteriori remanet prius
hec ille. Etiam prima parte. q. 14. arti. 3. ad 2m ponit dictam
diuisionem de cognitione in actu et in habitu. Ex qui-
bus omnibꝰ apparet quod aliqua cognitio que non est actu
simpliciter practica potest fieri actu simpliciter practi-
ca. scilicet illa que est ordinabilis ad finem operis. non tamen or-
dinatur. sicut exemplificatum fuit de artifice concipien-
te formam operis. non tamen operari intendente. Sciendum tamen quod
cum dicit sanctus Thomas illam cognitionem non esse actu
practicam que non actualiter ordinatur ad finem operis
non intendit actualem ordinationem quantum ad actum secundum
quia tunc nullꝰ habitꝰ in homine dormiente esset actu pra-
cticus. Sed loquitur de actuali ordinatione quantum ad
actum primum que dicitur virtualis intentio qua. s. acqui-
rens habitum in principio intendebat per illum operari et ex-
post non habuit contrariam intentionem. Talis enim ordi-
natio dicitur continue in ipso actualis quo ad actum
primum. quia remanet in suo effectu. s. in habituali inten-

tione que habitum artis vel scientie comitatur. ¶ Sciendum
etiam quod cum ipse dicit illam cognitionem esse speculatiuam
tantum que est de re operabili sed non vt est operabilis. non con-
tradicit illi quod dixit in 2ª conclusione. vbi dicebat talem cogni-
tionem esse secundum quid practicam. Non enim negat in 3ª conclusione
quin possit dici secundum quid practica. sed vult quod non sit sim-
pliciter practica habitu nec actu. cum quo tamen stat quod est
secundum quid practica inquantum est de re operabili. ¶ 4ª conclusio
est quod habitꝰ non dicitur practicꝰ prout practicum distingui-
tur contra speculatiuum ab opere interiori quod maneat infra in-
tellectum. sed ab opere exteriori: prout omne opus sequens
electionem potest dici praxis. Jstam intendit sanctus Tho.
prima 2e. q. 57. arti. primo ad primum. Duplex inquit est opꝰ
scilicet internꝰ et exterius. practicum ergo vel operatiuum quod
diuiditur contra speculatiuum dicitur de opere exteriori ad
quod non habet ordinem habitꝰ speculatiuus. sed tamen habet
ordinem ad opus internum intellectꝰ quod est speculari
verum. hec ille. Item eadem q. arti. 3° ad 3m dicit sic. Etiam in
ipsis speculabilibꝰ est aliquid per modum cuiusdam operationis
puta constructio syllogismi aut orationis congrue aut opꝰ
numerandi vel mensurandi. Et ideo habitꝰ speculatiui qui
ad huiusmodi opera rationis ordinantur dicuntur per quandam si-
militudinem artes sed liberales: ad differentiam illarum
artium que ordinantur ad opera per corpus exercita que
sunt quodammodo similitudines inquantum corpꝰ seruiliter sub-
ditur anime. et homo secundum animam est liber. Jlle vero scien-
tie que ad nullum opus huiusmodi ordinantur simpliciter scien-
tie dicuntur non autem artes. hec ille. Item 2ª 2e q. 179. arti.
2° sic ait. Jntellectꝰ diuiditur in actiuum et contempla-
tiuum. quia finis intellectiue cognitionis vel est ipsa co-
gnitio veritatis. quod pertinet ad intellectum contemplatiuum.
vel est aliqua exterior actio. quod pertinet ad intellectum
actiuum siue practicum. hec ille. Ex quibꝰ omnibus patet
quod habitꝰ non perdit rationem speculatiui ex hoc quod habet or-
dinem ad opus interiꝰ hoc est intellectuale. sed solum
perdit eam ex hoc quod habet ordinem ad opus extra virtutem
cognitiuam. ita quod ad hoc quod dicatur practicꝰ sufficit quod
ordinetur ad opus voluntatis regulandum. vel alte-
rius potentie ab intellectu. patet per eundem. nam pru-
dentia ponitur ab ipso habitꝰ practicꝰ 2ª. 2e. q. 47. arti.
2°. et tamen prudentia proprie extendit se ad opus appeti-
tus. et non ad opera exteriora in exteriori materia con-
stituta. Ait enim sic eadem. q. arti. 5. Ars et prudentia sunt
circa contingentia. sed ars est circa factibilia que scilicet in
exteriori materia constituuntur. sicut domꝰ cultellus et huiusmodi.
prudentia autem circa agibilia. que scilicet in ipso operante
consistunt. hec ille. Ex quo patet quod praxis a qua ha-
bitus dicitur practicꝰ non oportet quod sit operatio exte-
riꝰ exercita vel transiens. immo sufficit quod sit operatio ap-
petitus rationalis aut sensitiui. quinimo actus rationis
potest dici praxis secundum quod est voluntarius. et breuiter omnis
actus qui cadit sub electione et consilio. Unde in predi-
cte questionis arti. 2° ad 2m sic ait. Jpse actꝰ speculatiue
rationis secundum quod est voluntarius cadit sub electione et
consilio quantum ad suum exercitium. et per consequens
cadit sub ordine prudentie. sed quantum ad suam speciem
prout comparatur ad obiectum quod est verum necessarium
non cadit sub consilio nec sub prudentia. hec ille. Jbidem

ētiam dicit. prudētis inquit est bñ cōsiliari. Cōsiliū
autē est de his quibus p nos agenda in ordine ad fi-
nem aliquē. ratio aūt eoꝝ que sunt agēda propter
finē est ratio practica. vñ manifestū est ꝙ pruden-
tia non cōsistit nisi in rōne practica. hec ille. Ex quo
patet ꝙ de opus cadens sub electione ⁊ consilio ⁊
ordinabile ad aliquē finē dicā practica. De malo si-
militer. q. 16. arti. 8. ponit ꝙ cognitio qua estimatur
aliquid esse eligendū vel appetendū est practica vl'
affectiua. Inde etiā vult ad 11ᵐ. ꝙ ois fuerit ap-
petitus est cū aliqua facultate rationis practice. Ex
quo habet ꝙ actus voluntatis est practis. a qua ha-
bitus meretur dici practicus. ⁊ etiam actus intelle-
ctus q̄tū ad exercitiū ut cadit sub electione. ℂ 5ᵃ
ꝓ est ꝙ non ois habitus dicitur practicus. nec ois
cognitio meretur dici practica ex qualicūꝗ relatio-
ne ad praxim. sed oportet ꝙ sit ꝓxima regula opis.
Istam ōnē intendit sanctus doctor de veritate. q.
14. arti. 4ᵒ. Non q̄libet inqt relatio ad op' facit intel-
lectū esse practicū. quia aliq̄ simpliciter speculatio
pōt alicui esse remota occasio aliqd operandi. sicut
ꝓbus speculat' aīam esse imortalem. ⁊ inde sicut a
causa remota sumit occasionē aliquid operandi. sꝫ
intellectū practicū oportet esse proximā regulam
operis. utpote quo ipsum opabile ⁊ rōnes opandi
⁊ cause opis cōsiderent'. Constat aūt ꝙ obiectū fi-
dei non est verū operabile. sed verū increatum in
qō non pōt nisi actus intellectus speculatiui. vnde
fides est in intellectu speculatiuo q̄uis sit occasio
remota aliquid opandi. vñ fidei non attribuit' opatio
nisi mediante dilectione. hec ille. Item 3ᵒ sen. di. 23ᵃ
q. 2. arti. 2ᵒ. questiuncula 2ᵃ. Intellect' inquit specu-
latiuus ⁊ practicus in hoc differunt. ꝙ speculatiu'
considerat veritatē absolute. practicus vō conside-
rat veritatē in ordine ad opus. Contingit aūt qn̄ꝗ
ꝙ ipsum verū qō in se cōsiderabatur nō pōt consi-
derari ut regula operis. sicut accidit i mathemati-
cis ⁊ his que a motu separata sunt. vnde h' veri cō-
sideratio est tm̄ in intellectu speculatiuo. Quādoꝗ
aūt verū qō in se cōsiderat' pōt cōsiderari ut regu-
la opis. ⁊ tunc intellectus speculatiuus fit practic'
per extensionē ad opus. hoc aūt contingit dupliciter
q2 aliqñ illud verū qō vtroꝗ mō pōt considerari nō
habet magnam vtilitatē nisi inq̄tū ordinat' ad op'
q2 cū sit cōtingēs non habet firmā veritatē sicut ē
consideratio de opibus virtutū. Et tunc talis cōsi-
deratio q̄uis possit esse speculatiui ⁊ practici intel-
lectus. tn̄ principaliter est practici intellect'. Aliqñ
aūt illi' veri cōsideratio habet i seipsa quādā digni-
tatē etiam si nūꝗ ordinet' ad opus. sicut accidit in
cōsideratiōe diuinoꝝ quoꝝ cognitio dirigit in opa-
tione. ⁊ tn̄ visio dei est finis vltimus operis. Et tūc
illa cōsideratio ꝑncipalit' est in intellectu speculati-
uo. ⁊ seruat' in practico. Cū ergo fidei obiectum sit
veritas ꝑma que inq̄tū est finis operis regulat in
ope fidei. principaliter erit i intellectu speculatiuo
⁊ secundario in practico. hec ille. Ex quib' apparet
ꝙ ad hoc ꝙ habitus ꝓprie dicat' esse practic' aut i-
tellectu practico oportet ꝙ sit ꝓxima regula opis
⁊ ꝙ non habeat magnam dignitatē aut vtilitatem
nisi inq̄tū ordinat' ad opus. ℂ 6ᵃ ꝓ est ꝙ theologia
nostra est practica ⁊ speculatiua. licꝫ principalit' sit
speculatiua q̄ꝫ practica. Istā ōnē ponit sanct' do-
ctor ꝑma pte. q. j. arti. 4ᵒ. Sacra doctrina inqt vna
existens extendit se ad ea que ꝑtinent ad diuersas
scientias physicas: ꝓpter rōnē cōem quā i diuersis
attendit. ꝓut sunt diuino lumie cognoscibilia. vñ licꝫ
in scientijs physicis alia sit speculatiua alia practica
sacra tn̄ doctrina comprehendit sub se vtrūꝗ. sicut
deus eadē scia cognoscit se ⁊ ea q̄ facit. magis tn̄ ē
speculatiua q̄ꝫ practica. quia principalit' agit de re-
bus diuinis q̄ꝫ de actib' humanis. de quib' agit s'm
ꝙ p eos ordinatur homo ad pfectā dei cognitionē
in qua beatitudo eterna consistit. hec ille. Eandē ōnē
tenet ꝑ sen. q. 1. ꝓlogi. arti. 3ᵒ vbi sic ait. Ista scientia
q̄uis sit vna tn̄ pfecta est ⁊ sufficiēs ad oēm huma-
nā pfectionē ꝓpter efficaciā diuini luīs. vñ perficit
hominē in opatione recta. ⁊ q̄tū ad cōtemplationē
veritatis. vñ q̄tū ad aliqd ē practica. ⁊ q̄tū ad ali-
quid est speculatiua. Sꝫ quia ois scientia principa-
liter pensanda ē ex fine. vltim' aūt finis h' doctrine
est cōtemplatio ꝑme veritatis in patria. ideo est ꝑn-
cipaliter speculatiua. hec ille. Et sic primus articu-
lus terminatur.

Quantū ad secūdū mouenda sunt dubia. Et pri-
mo cōtra primam ōnē arguitur s'm Gregoriū ꝙ ha-
bit' practic' nō oꝫ ꝙ sit de opabili absolute. Primo
q2 scientia dicit' practica ex se ⁊ ex nā sua formalit' ⁊
non quia in tali vel tali sciente vbi grā habente po-
tentiā opandi. est directiua actionis. ergo ex nā sua
⁊ nō quia in tali subiecto est practica. tenet ōña. q2
eo scientia dicitur practica quo actiua. ⁊ eo actiua
quo actiōis directiua. añs probatur. q2 scientia ex
natura sua est principiū talis actus ⁊ formaliter di-
rectiua ex q̄ generata est. ⁊ certū est ꝙ quelibꝫ vl'
quamlibꝫ habeat tale sciam dūmodo sit eiusdem
rōnis i sibi es actus s'm speciē mediantib' talib' scie-
tijs ex [illegible] ⁊ non in alios vn' ⁊ alius in alios. nec idem
in vno tpe in quendā ⁊ in alio tpe in aliū s'm speciē.
Vñ si medic' cirurgic' mediante sua medicina pra-
ctica elicit noticiā directiuā ꝙ apostematib' cali-
dis adhibenda sunt que repercutiant si pdat man' vel
potētiā adhibendi talia. nō min' mediante illa me-
dicina eliciet talem actū. ℂ 2ᵒ. nam stultū esset di-
cere ꝙ peritus statuific' mox cū pderet manū vl' po-
tentiā manualiter statuas fabricandi simul pderet
artem. Nec min' stultū esset dicere ꝙ ars remanēs
in ipso aliū actū elicitū haberet s'm speciē q̄ꝫ prius
dū erat manualis. igit' sicut prius habebat noticiam
directiuā operis ita ⁊ nunc. igitur est practica sicut
prius. ℂ 3ᵒ [illegible] ex hoc sequit' eūdē habitū numero
frequenter [illegible] ⁊ practicū ⁊ speculatiuū. pa-
tet si infirmitate aliqua supueniēte statuific' ope-
rari nō posset [illegible] ars erit speculatiua q̄
ꝑ fuit practica. Rursus eo sanato ⁊ potēte opera-

ri efficietur iterũ practica ⁊ ita de musico quãdo efficitur raucus. ¶ 4°. Nam potentia actiua scientis nõ sufficit ad hoc q̧ eius habitus sit practicus. nam sequitur q̧ physica que habetur de actib⁹ anime ⁊ intellectionib⁹ ⁊ volitionib⁹ eẽt ꝓprie practica. nã physic⁹ habet potentiã talia ꝓducendi. Similiter geometra de figuris esset ꝓprie practicus. cũ geometra possit figuras facere ⁊ describere. ¶ 5°. Nam tunc habitus magis esset dicendus practicus ex subiecto ꝙ̃ ex obiecto. nam sm̃ hoc ex variatione sciẽtis nõ variata cõditione obiecti variatur habitus sm̃ practicũ ⁊ speculatiuũ. Si eñi sciens non habeat potẽtiam productiuã obiecti. habitus nõ erit practicus sed speculatiuus. ¶ 6°. Nam tunc habitus practic⁹ erit practicus ꝑ accñs. ⁊ magis ꝑ accñs ꝙ̃ itellect⁹. nam intellectus dicitur practicus denoiatiue ab eo qd̃ formaliter ẽ in ipso subiectiue. s. a noticia practica. habitus ṽo dicitur practic⁹ non ex aliquo qd̃ sit in eo: nec ab aliquo qd̃ sit in eodẽ subiecto p̃mo. s; denominatiue a potẽtia executiua. sm̃ hãc viã. ⁊ oia sunt falsa. igitur ⁊ ꝯ ex qua sequũtur ista. ¶ Cõtra secundã ꝯnẽ arguitur sm̃ Scotũ ꝓbando q̧ scia dicatur ꝓprie practica ratione obiecti. ⁊ non rõne finis ꝑncipaliter. Primo sic. Rõ habit⁹ practici consistit i duplici respcũ aptitudinali. s. in rõne prioritatis ⁊ naturalis cõformitatis. qd̃ patet ex diffinitione praxis que talis est. Praxis est operatio alteri⁹ potentie ab intellectu naturaliter posterior intellectione nata conformari recte rõni ad hoc q̧ sit recta. Praxis enim naturaliter debet esse posterior intellectione. ⁊ debet esse naturaliter nata elici cõformiter rõni recte. Tales aũt respectus sunt relatiões aptitudinales. q: nõ ẽ de rõne actus vel habitus practici q̧ actualiter extendatur ad cõferendũ sibi aliquã opationẽ. q: praxis nõ necessario comitatur actũ ⁊ habitũ practicũ. sic g̃ patet a^m. Tũc sic. Isti respect⁹ aptitudinales non cõpetũt vni scie ⁊ nõ alteri nisi rõne absoluti. illud aũt absolutũ nõ habet istã habitudinẽ ex fine sed ex forma: que quidẽ non dependet nisi ab intellectu ⁊ obiecto. non autẽ habet hãc aptitudinem ex intellectu. g̃ ex obiecto. ¶ 2° sic. Nam q̧ opatio aliqua possit ꝯformari itellectui est ex natura obiecti. qd̃ quidẽ cõtingens est ⁊ operabile ab homine. Et iterum q̧ opatio sit posterior oritur ex intellectu qui est potentia naturaliter p̃ma ⁊ ex obiecto dirigibili ꝑ intellectũ. habet aũt obiectũ vnde hoc oriatur siue ꝓponatur ad faciendũ siue non. ergo rõ practici ⁊ istius respect⁹ nõ oritur ex fine. ¶ 3° sic. q: finis nõ causat nec mouet nisi dum amatur. ut patet. 12° metaphisice. habitus aũt est practicus dato q̧ nihil actualiter attẽdatur aut ametur. ⁊ ita idẽ qd̃ prius. Ista aũt argumenta videntur infringere secũdã ꝯnẽ in hoc q̧ ponit q̧ scientia illa dicitur simpliciter practica ex fine. ⁊ similiter cõtra tertiã ꝯnem in h̃ q̧ ponit sciam nõ dici actualiter practicã. nisi dum actualiter ordinatur in finẽ opis. ¶ Contra q̃rtã ꝯnẽ arguit multipliciter Aureolus ꝓbando q̧ actus interior puta intellect⁹ sit praxis ⁊ q̧ habit⁹ ordinat⁹ ad illã sit practic⁹. arguit autẽ sic. Logica rhetorica ⁊ h⁹ sunt practice. s; iste solũ dirigunt act⁹ ipsius intellectus. ergo habit⁹ dr̃ practicus in ordine ad actus intellectus ꝑ ipsũ regulatos. Maiorẽ ꝓbat quinq̧ medijs. Primũ ẽ tale. Ille habitus qui non caret respectu conformitatis ⁊ prioritatis nec actiuitatis nec directiui. non videtur eẽ speculatiuus. imo si habet hos respect⁹ aliqd habet vltra rationẽ speculatiuã. ⁊ idcirco est practicus. sed logica est h⁹. habet eñi respectũ regulantẽ in ordine ad actus intellectus aliaꝝ scientiarũ ⁊ dirigit alias scientias ⁊ est prior eis. cum sit vanum simul querere scientiã ⁊ modũ sciendi ut dicitur 2° metaphisice. ergo logica ⁊ similes ut videtur sunt practice ⁊ non speculatiue. ¶ 2^m est tale. Nullus habitus cuius finis non est actus proprius sed actus alterius habitus potest poni speculatiuus. talis enim nõ est gratia sui: quod est vna conditio speculatiui habitus p̃ metaphisice. sed logica ⁊ similes non habent pro fine actum propriũ mediãtibus illis elicitũ. s; actũ illarũ sciẽtiarũ mediantib⁹ ipsis directũ vnde non sũt gratia sui. sed ꝓpter itroductionẽ. ut patet in eodẽ. g̃ nõ erũt speculatiue. s; magis actiue. ¶ 3°. Ille habitus qui extenditur vltra suũ actũ est pure practic⁹ cũ ratio practici in extensiõe cõsistat: iuxta illud ph̃i. Intellect⁹ sua extẽsiõe fit practicus. sed logica ⁊ alij habitus extra actum suũ se extendunt. ergo erunt practici. ¶ 4°. Nullus artifex diuiditur in vtentẽ ⁊ docentẽ nisi sit practicus. i vtendo quippe dicitur practicare. ut patet de medicina. s; logica diuiditur in docentẽ ⁊ vtentem. ergo erit practica. ¶ 5°. Nullus habitus speculatiuus operatur suũ obiectum. non enim astrologia facit celos: nec physica herbas ⁊ lapides. actiua ṽo agit circa ipsum ⁊ operatur. Unde dicitur 6° metaphisice q̧ actiua est respectu operabiliũ quorũ principium in nobis est. sed logic⁹ per habitũ logice facit ꝯnes veri expressiuas ut ꝓpositiones ⁊ syllogismos. rhetoricus ṽo facit sermones ꝑsuasiuos. hec aũt sunt subiecta in eis. ergo sunt habitus practici non speculatiui. ¶ 6°. Ille habit⁹ qui habet rationẽ potẽtie actiue ⁊ virtutis est habitus practicus ⁊ actiu⁹. sed ph̃s dicit rhetoricã esse virtutẽ quãdã i p̊ rhetorice ⁊ cõmentator vocat eam ibidẽ practicã ⁊ facultatẽ quandã. Et idem dicendũ est de logica: cũ dialectica sit assecutiua rhetorice. ut dr̃ p̊ rhetorice. ergo logica ⁊ rhetorica sunt habit⁹ practici. hec ille. ¶ 7° arguit Gregori⁹ de arimino ꝓbans q̧ aliqua intellectio est vere praxis. q: aliqua noticia ẽ uel põt eẽ directiua speculationis. ⁊ nullius alteri⁹ opationis ergo aliqua speculatio ⁊ ꝑ ꝯñs aliqua operatio itellectus ẽ vere praxis. tenet ꝯña. quia omnis noticia dicitur practica extensiõe eius ad praxim. talis aũt extẽsio non intelligitur nisi per modũ directiui. idẽ enim ẽ noticia practica ⁊ directiua praxis. g̃ si aliq̃ noticia ẽ practica ⁊ nulli⁹ alteri⁹ opatiõis est directiua ꝙ̃ speculatiõis. speculatio vtiq̧ erit praxis. añs ꝓbatur. q: contingit aliquẽ deliberare vtrũ insistendũ

sit speculatōi uel operationibus vite actiue ⁊ vtrū speculationi harū uel illarū rerū. ⁊ siliter quo loco quo tpe ⁊ quātū ⁊ quō speculandū sit ⁊ iudicare qd speculandū ē circa vitates sacre scripture uel alias ⁊ tantū ⁊ tali tpe. ⁊ sic de alijs circūstantijs. Cōstat aūt ꝙ tale iudiciū est vere practicū. non min⁹ q̃ iu dicium quo iudicat̃ cū tempate viuēdū esse: subue niendū indigenti aut aliud sile. ⁊ istud iudiciū nulli⁹ alterius opationis q̃ speculationis est directiuū ut patet. ¶ Confirmatur. quia omnis noticia cui con formiter cōuenit elici electionē virtuosā est noticia practica. talis aūt noticia de speculādo uel nō spe culando directiua est h⁹. igit̃ ⁊c. aⁿ patet auctorita te phī 6°. ethi^r ca° p̄ dicentis. Oportet quidē rōnē verā esse ⁊ appetitū rectū si quidē electio studiosa supsit ⁊ eādē hūc qdē differre hūc āt psequi. h̄ qdē ḡ mens ⁊ vitas practica. ⁊ paulo post etiā ait p̄ra ctici ⁊ itellectiui op⁹ veritas cōfesse hñs appetitui recto. h^or pbat̃. Nam electio qua aliqs eligit stude re ī sacra scriptura debito fine ⁊ alijs bonis circūstā tijs. vtiqꝫ virtuosa est ⁊ meritoria sicut bene patet ex verbis Gregorij vj. moralū dicētis. Non nūq̃ studiosus tarditate intelligētie inenit̃: ut eo magis p̄mia retributionis ineniat: quo magis ī studio inen tiōis elaborat. vbi patet ꝙ conatus ī studio intelli gendi veritatē sacrarū scripturarū vtiqꝫ meritori⁹ ē ¶ 2°. Ois opatio ad quā inclinat virtus appetitiua est vere praxis. sed ad studendū ⁊ speculandū my steria scripturarū inclinat aliquos scōs viros virt⁹ appetitiua ut satis certū est. igitur. ¶ 3°. Ois actus impat⁹ a voluntate est praxis. speculatio est h⁹. igit̃ Si dicat̃ ꝙ non sequit̃: speculatio est iperata a vo luntate. ergo est praxis. sed sequitur. ḡ est praxis uel practica. Cōtra h̄ arguit̃. Aliq̄ speculatio ē impata a voluntate ⁊ nō est practica. ḡ aliqua speculatio est praxis. ɔ̄ña patet ex concessio. añs pbatur. quia uel ōis intellectio esset practica. ⁊ eadē rōne ōis sciētia qd̄ est falsum. uel nulla itellectio nō practica posset impari a voluntate qd̄ est ɔtra expientiā. pōt enim impari a voluntate ɔsideratio logicalis ⁊ metaphi sicalis ⁊ alie quelibet habituū speculatiuorū. ¶ Cō tra sextā ɔ̄nē arguit sic Aureolus. Impossibile est duas differentias diuisiuas ī vnā spēm conuenire sic ꝙ vna s̄m qd ⁊ alia simpliciter. ut patet ꝙ rōna le ⁊ irrōnale que sūt differentie diuisiue aialis nūq̃ cōcurrūt ī vno aiali. qd̄ sil' sit rōnale ⁊ irrationale. s. rationale simpliciter ⁊ irrationale s̄m quid uel ecō tra. s; practicū ⁊ speculatiuū sūt differentie diuisi ue scie ut patet 6° metaphisice. ḡ nullus habitus est s̄m qd practicus ⁊ simpliciter speculatiuus. ⁊ p ɔ̄ñs habitus theologie non est vn⁹. cui⁹ oppositū sanct⁹ Thomas dicit. Uñ nō apparet quin ista duo dicta ad inicē ɔtradicant. s. ꝙ sit vnus habitus ⁊ sit s̄m qd practic⁹ ⁊ simplicit̃ speculatiu⁹. ¶ 2°. Qñcūqꝫ aliq̄ due differentie ɔcurrunt in vnū non pōt dici ꝙ sit ibi aliqua vnitas simpliciter. ut q2 ɔgregatiuū ⁊ dis gregatiuū sunt in rubeo. idcirco non pōt rubeū dici simpliciter disgregatiuū ne sit albū. nec simpliciter ɔgregatiuū ne sit nigrū. lic; forte magis sit ɔgrega tiuū. q2 magis vergit ad nigredinē. s; practicū ⁊ spe culatiuū iniunt isti habitui s̄m te. ergo non pōt dici ꝙ simplicit̃ sit speculatiuus. lic; forte magis sit spe culatiuus q̃ practicus. Uñ q2 media ⁊ mixta nō sūt aliqd̄ extremorū in actu. sequit̃ ꝙ si iste habitus sit medius uel mixtus ex speculatiuo uel practico ꝙ nō sit formaliter speculatiuus uel practicus cui⁹ op positū tu dicis. Uñ ɔtradictio est ꝙ sit formalit̃ spe culatiuus. ⁊ ꝙ sit mixtus ex speculatiuo ⁊ practico ut videt̃. Si dicat̃ ad istas duas rōnes ꝙ specula tiuū ⁊ practicū nō sūt drie essentiales diuisiue scie ī coi. hoc non valet. triplici rōne. Tum p̄. q2 est cōtra phm q diuidit 6° metaphisice sciam tāq̃ p p̄mas dif ferentias p has duas. ⁊ ꝙ sit eius intentio ꝙ hec di uisio sit p differentias essentiales. videt̃ posse pbari. Impossibile est enī aliquas spēs ɔtentas essentialit̃ sub differentia esse spēs generis nisi illud genus p illas differentias essentialiter diuidat̃. nam si aial diuidat̃ p coloratū ⁊ nō coloratū. albū ⁊ nigrū. que ɔtinentur sub colorato: nō sunt spēs aialis. q2 colo ratū non est eēntialis differētia animalis. spēs ɔ̄o ɔtente sub irrationali sūt p se spēs aialis. q2 irrōna le est eēntialis differentia diuisiua aialis. s; physica metaphisica ⁊ diuina ɔtinent̃ sub speculatiua. quia speculatiue sunt tres s̄m phm ibidē ⁊ ipse sunt eēn tiales spēs scie ī coi. videt̃ ḡ intellexisse ꝙ specula tiuū ⁊ practicū sunt eēntiales differētie scie. Tum 2°. q2 quod inest habitui ex obiecto videt̃ sibi inesse essentialiter. sed habitus trahit h⁹ rōnes ex obiecto ut pbatū fuit arguēdo ɔ̄ secūdā ⁊ tertiā ɔ̄nes. igit̃ ut pri⁹. Tū 3°. q2 pl⁹ differūt sub scia ī coi moralis ⁊ naturalis. q̃ naturalis ⁊ metaphisica. q2 naturalē ⁊ metaphisicā ph̄s ponit sub speculatiua quā diuisit ɔtra practicā sub qua locat̃ moralis. s; h̄ nō obsta ret nisi speculatiuū ⁊ practicū essent eēntiales dif ferentie. igit̃ idē qd̄ p̄us. ¶ 3°. p̄ncipaliter arguo sic Qñcūqꝫ aliquis habit⁹ agit de actib⁹ hoīu; put or dinant̃ ad speculationē. debet dici speculatiuus ⁊ nullo modo practic⁹. qd̄ pat; ex opposito. nā mora lis scientia tractat de ptibus aie ⁊ obiecto volunta tis ⁊ de multis alijs speculabilibus. q2 oīa ista con siderant̃ in ordine ad mores. idcirco totaliter dicit̃ practic⁹ ⁊ nō speculatiuus. sed s̄m scm̄ Tho. theolo gicus habit⁹ tractat de actib⁹ humanis in ordine ad diuinā cognitionē. igit̃ tm̄ ē speculatiu⁹ ⁊ nullo mō practicus. cui⁹ oppositū tu dicis. ¶ 4°. sic. Ille habi tus est mere practic⁹ ⁊ nullo modo speculatiu⁹ qui est de obiecto attingibili a sciente excellentioribus opationibus q̃ sit actus illi⁹ habit⁹. hoc patet. tum q2 tale obiectū compat̃ ad scientē non tm̄ ut specu labile. sed ut operabile. hoc est per operationem at tingibile. tum q2 medicina ⁊ omnes scientie practi ce ex hoc practice sunt quia obiectum earū est ope rabile ab homine ⁊ nobiliori modo attingibile q̃ p ipsum scire. Melius est enim homini esse sanū q̃ scire sanitatē ⁊ esse egrotū. ⁊ melius est habere vir tutes q̃ scire quid ē virtus. s̄m phm 2°. ethi^r. s; ha

bitus theologicus habet deū pro obiecto qui ē a nobis attingibilis nobiliori operatione et excellētiori actu q̄ sit intelligere intellectione habita ex puris naturalibus in hac vita. nobilius enim attingit deus si ei adhereatur per fidē et assurgat p spem et diligatur p charitatē et si eius obediat consilijs et pceptis: q̄ si hoc modo nubilose credibilibus exponat. igitur iste habitus est pure practicus. ¶ 5. sic. Quā docūq; obiectū est opabile habitus transiens sup ipsū maxime negociat circa opera et docet operationibus ipsū attingi. ut docet phus ethicorum. Et hinc est q theologus magis negociat qualiter istis actibus q sunt credere sperare diligere obsequit deo. igit est practicus. ¶ 6. Ille habitus qui non solū habet pro fine actū quē elicit imo etiā actū quē dirigit est pure practicus ubicūq; sit et in quacūq; potētia sit ille actus sed habitus theologicus non habet pro obiecto actū quē elicit sed actū quē dirigit qui est credere fm Augustinum 14. de trinitate. Per ipsum nanq; habitū fides defendit et creditur. stabilit cōtra icredulos: roborat et reddit delectabilis q̄tū ad pios. gignit et redditur capabilis q̄tū ad dubios. Iste autē actus credendi elicitur ab habitu fidei et non ab isto habitu. igit habitus theologie est pure practicus. ¶ 7. Aut illa speculatio que ponit finis huius scie est speculatio vie. ita q speculatio fm istū habitū sit finis. et hoc ē euident contra auctoritates aliquas scōrum dicentium istum habitū ordinari ad charitatē fidē spem et alias virtutes. uel est speculatio patrie. et hec nō faceret istū habitum speculatiuū. Tum qz omnis scientia ad felicitatem et beatitudinē ordinat fm Auicenā pō sue metaphisice. et nihilominus certum est q nō omnis scientia est speculatiua. Tum qz non omnis speculatio facit habitū speculatiuū. sed tm̄ illa que elicit mediante illo habitu. alioquin virtus moralis q̄ disponit multum ad speculationē fm cōmentatorē 7. physicorū: qui dicit q non est remotū q virtutes morales faciunt multū ad sciam maxime castitas ad speculationē: esset habitus speculatiuus. Constat autē q speculatio patrie non elicitur mediante illo habitu. igit iste habitus non est speculatiuus. ¶ 8. Ille habitus dr̄ pprie practicus qui aliquā praxim conformat atq; rectificat et est naturaliter prior ea. sed theologia est hō. Ipsa eni est necessaria intellectui creato ut sit conformans actum voluntatis create q̄ est dei dilectio atq; ipsam rectificans et est naturaliter por ea. qd quidē manifestū est in theologia de necessarijs. nam ex consideratione istius: deus ē trinus et vnus et aliarum veritatū apparet quis debet esse finis nostre voluntatis. et qualiter ferendū ē in ipsum. et quibus vijs et opationibus. et ita ex hac cognitione sumuntur pncipia rectitudinis in omni nostra voluntate. de theologia quoq; que est de ɔtingentibus idem patet. ergo sequitur q theologia est pure practica. ¶ 9. arguit Gregorius de arimino sic. Omnis habitus totalis includens aliquos habitus partiales practicos et aliquos speculatiuos quorū speculatiuorum actus sunt virtualiter de proximo directiui praxis. et ex quorum ɔnibus ul propositionibus hmōi tā ex principijs ɔnes practice cōueniēt sequūt denominat practicus. sed nostra theologia totalis plures habitus practicos ptiales includit et etiā plures speculatiuos. actus etiam illorū speculatiuorū sunt virtualiter de proximo directiui praxis. puta dilectionis erga deum et proximū. et taliū practicarū ɔnū sunt principia. igitur etc. a or patet ex talibus causis. totalis etiam medicina includens practicā et theoricam practica dicitur. et similiter moralis phia in qua non est dubiū includi multas veritates non formaliter praxis directiuas ac per hoc nec pprie practicas. Non est autem maior ratio pro istis q̄ pro alio habitu quocūq; tales ɔditiōes habente. patet etiam. qz demonstratio sumit denominationem a ɔne ut dicat vniuersalis uel particularis. affirmatiua uel negatiua. non obstante q aliqua pmissarū sit alterius qualitatis uel quantitatis. Et ad propositum si ɔ sit practica. totus syllogismus erit practicus etiā si altera pmissarū sit speculatiua. Sed hor probatur. quoniā quecūq; veritates theologice significant diuinā perfectionē aut diuinā operationē ad extra creationis uel prouidētie. aut alterius eius beneficij ut incarnationis et aliorū pro redemptiōe nostra aut eruditione uel glorificatione aut q̄cūq; alia in sacra scriptura contenta non fm se formaliter directiua dilectionis dei: oēs virtualiter de proximo continent veritates nos formalit dirigentes ad diligendum deum. sicut patet quia quasi oēs ad aliquā manerie memoratarum veritatū ptinent. et de istis statim notum est quod dicitur. ¶ 10. arguit ex dictis scripture sacre et doctorū. Nam actor principalis huius doctrine xpus dicit Math. 22. q in precepto de dilectione dei et proximi tota lex pendet et prophete. Item aplus Ro. 13. Plenitudo legis est dilectio. Et j. ad Timoth. p. Finis pcepti est charitas. Item Aug. enchi. ca. vltimo. Oia precepta diuina referuntur ad charitatem. De qua dicit apostolus. Finis precepti est charitas. Et infra Charitas quippe ista dei et proximi est et vtiq; i his duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Adde euāgeliū adde apostolos. nō enim aliunde vox ista est: finis precepti ē charitas. Ecce q tota lex et oēs prophete et euāgeliū et apostolice doctrine et ɔnter tota theologia ad charitatē ordinatur et virtualiter nos inducunt. Item pō de doctrina xpiana ca. 35. Omniū inquit que dicta sunt ex q[illegible] de rebus tractauimus hec sūma est ut intelligatur legis et oīum diuinarum scripturarum plenitudo et finis eē dilectio dei quo fruendū est et rei que nobiscum ea frui pōt. Item libro 2. ca. 7. Omniū inquit diuinarū scripturarum studiosus nihil in eis aliud inuenitur est q̄ diligendum esse deum pter deum. et proximū pter deum. Item Gregorius super Ezechielem omel. 10. dicit. Ad hoc solum deus per totam sacrā nobis scripturam loquitur ut nos ad suum et proximi amorem trahat. igitur quecūq; in ea continētur uel formaliter uel virtualiter de pximo nos dirigūt

ad charitatem.

Ad primum contra primã ꝯnẽ dicitur ꝙ hic probat ꝙ scientia non dicitur practica. quia est in subiecto habente proximã potentiam operandi obiectũ scientie. sed non probat quin scientia dicatur practica ex hoc ꝙ est de obiecto qđ sciens aptus nat⁹ est operari. licz forte non possit. ita ꝙ li operabile dicit aptitudinẽ ſm potentiam logicam ⁊ nõ potentiam proximam operandi a sciente. Unde ad ꝯñam dicitur ꝙ nõ valet. nõ enĩ quecũqȝ directiuitas actionis sufficit ad hoc ꝙ habitus sit practicus. sed requirit̃ directiuitas actionis qua obiectũ est operabile a sciente. ¶ Ad 2m ⁊ 3m dicit̃ ꝙ licz potentia opandi obiectũ non requiratur ad hoc ꝙ habitus sit practicus. requiritur tamẽ aptitudo scientis ſm suã speciem ad operandũ illud. ⁊ illa aptitudo non variatur sicut potẽtia. ¶ Ad 4m dicitur ꝙ illa pars phie que est de actibus intellectus ⁊ voluntatis est speculatiua quo ad modũ ⁊ finem. licz sit practica quo ad obiectũ. De musica ⁊o ⁊ geometria ⁊ hõ dicit similiter. Põt etiam dici ꝙ non sufficit ad rationẽ habitus practici ꝙ sit de obiecto qualitercũqȝ operabili a sciente. sed oportet ꝙ sit de operabili a sciente ope cadente sub consilio uel electione. hõ autẽ non sunt opera intellectus ⁊ voluntatis prout cadũt in consideratiõe phici nec numerandi aut figurandi. ⁊ ista solutio in idem redit cum prima. ¶ Ad 5m negatur assumptum. nec valet probatio. non enĩ subiectum habitus practici ex sua variatiõe variat habitum penes practicum ⁊ speculatiuũ. cum aptitudo operandi non varietur. sed potentia varie̾t. uel potius sciens varietur quãtũ ad posse ⁊ non posse. non autem quo ad aptum esse uel nõ aptum eẽ ad operandum. ¶ Ad 6m negatur ꝯña. s. qua infer̃t ꝙ habitus sit practicus per accñs. pro ut accñs opponitur per se secundo mõ. licz sit practicus per accñs opposito primo mõ perseitatis accipiẽdo practicũ ex parte obiecti. nam accipiendo practicũ ex parte finis. conceditur ꝙ habitus accidentaliter est practicus ⁊ potest fieri de practico nõ practic⁹. ⁊ econtra. ut supradictũ est. Illud autem qđ dicit̃ de comparatiõe habit⁹ practici ad intellectũ practicum nõ valet. Nam licz tam hic ꝙ͠ ille dicat̃ practic⁹ ex habitudine ad extrinsecũ. tñ respect⁹ ꝯsequẽs habitũ practicũ insepabilior ẽ ab eo ꝙ͠ respect⁹ ꝯsequẽs intellectũ practicũ. maior aũt distãtia habit⁹ practici ad illud ex cui⁹ habitudine dr̃ practic⁹ ꝙ͠ intellect⁹ ad habitũ practicũ nõ facit habitũ esse accidẽtali⁹ practicũ ꝙ͠ intellectũ. quia nec hic nec ille dicit̃ totalit̃ practicus p aliqđ distans. sed per respectũ qui non distat ab eo qđ refert. ⁊ ille est insepabilior ⁊ magis p se ꝯsequens i 2o mõ habitũ practicũ ꝙ͠ intellectum practicũ. ¶ Ad pmũ contra secũdã ⁊ tertiam ꝯnes dicitur ꝙ illi respectus aptitudinales. s. naturalis prioritatis ⁊ conformitatis non sufficiunt ad hoc ꝙ habitus sit simpliciter actu practic⁹. sed requirit̃ ꝙ ordinet̃ habitualit̃ ad finẽ qui sit opatio extra intellectũ per voluntatẽ proponentẽ operari p talẽ habitũ. Dico etiam ꝙ habit⁹ nõ habet tales respectus aptitudinales ex toto ex. quia tunc nulli⁹ habit⁹ posset eẽ respectu dom⁹ nisi esset practic⁹ actu uel virtute cuius oppositũ dictũ est in pdictis ꝯnibus. sz dictos respectus habet nõ solũ ex sua forma absoluta imo ex modo considerandi obiectũ. s. ut ẽ opabile quem modum habet habitus ab intellectu q sup obiectũ opabile põt ferri sic uel sic ſm ꝙ mouet̃ diuersimode ab intellectu. ¶ Ad 2m per idẽ. Nam ꝙ operatio aliqua sit conformabilis intellectui non dat habitui ꝙ sit actu practicus. sed habitu uel virtute. Et similiter ꝙ opatio sit dirigibilis per habitũ nõ solum habet ex obiecto extra habit⁹ directiui. sz ab intellectu uel voluntate. ¶ Ad 3m dico similiter ꝙ habit⁹ nõ est actualiter practicus nisi ordinet̃ ad finẽ operis p voluntatẽ ⁊ intellectũ. nõ tñ oportet ꝙ illa ordinatio uel ꝓpositum sit actus secundus. sed sufficit ꝙ sit act⁹ pm⁹ s. ꝓpositũ habituale. Un̄ q [illegible] medicinã solum ad hoc ut sciat. nõ ꝓponẽdo actualiter aut habitualiter operari per [illegible] acquirit scientiã practicã solũ virtualiter. nõ autem actualit̃. Et ideo dicit sanctus Tho. pma pte. q. 15. arti. 3. ad 2m. ꝙ eorũ q nec sunt nec erũt nec fuerũt deus nõ habet practicã cognitionẽ nisi i ꝟtute tñ. Et idẽ dicit de veritate. q. 3. arti. 3o. ¶ Ad pmũ contra q̃rtã ꝯnẽ pro quãto nitit̃ ꝓbare actum intellectus imediate ⁊ in se sũptũ esse praxim. negat̃ ar̃. sicut etiam negat eam sanct⁹ Tho. [illegible] q. 57. arti. 3 [illegible] sic dicit. Etiã in ipsis speculabilib⁹ est aliquid p modum cuiusdã opis puta ꝯstitutio syllogismi aut orationis cõgrue. aut opus numerandi uel mensurãdi. Et iõ quicũqȝ habitus speculatiui ad hõ opa rõnis ordinant̃ dicunt̃ per quandã similitudinẽ artes. sz liberales. hec ille. Ex quib⁹ patet ꝙ aliqui habitus speculatiui ordinãt̃ ad ꝯstitutionẽ syllogismi ⁊ orationis cõgrue. qui tñ nõ sunt alij ꝙ͠ grãmatica ⁊ logica ⁊ rhetorica. Nũc ad pmã ꝓbationẽ [illegible] negat̃ negat̃ ar̃. dicti enĩ respect⁹ dũ nõ sunt imediate directiui actus potentie alie ab intellectu. nõ dãt habitui ꝙ sit practicus. sed dant ei ꝙ sit ars ⁊ non solũ scia. ut dictũ fuit in 4a ꝯne. ¶ Ad 2am ꝓbationẽ negat̃ similiter ar̃. non enim oportet ꝙ habitus cuius finis est actus alterius habitus sit practicus nisi ordinet̃ ad actum exteriorem modo superius exposito. presertim hoc non oportet quando act⁹ talis habitus qui ordinatur ad actum alterius habitus habet in se nobilitatem ⁊ dignitatẽ posito ꝙ numꝙ͠ ad illum actum ordinaretur. hõ autẽ sunt actus ab habitu logice eliciti. speculari enim de vniuersalibus ⁊ predicamentis eorũ proprietates habet in se sufficientem dignitatẽ. ¶ Ad 3am negatur ar̃. nisi extensio illa sit ad actum exteriorem ⁊ nisi tota dignitas actus i illa extensione ꝯsistat. ¶ Ad 4am dico ꝙ nõ omnis [illegible] per habitũ directus reddit habitum directiuũ practicũ. sed solum [illegible] exterior modo supra exposito presertim quando habitus directiuus [illegible] act⁹ speculationis cuiusmodi ẽ logica. vnde

sanctus Tho. 2ª 2ᵉ. q. 181. arti. 3°. Non solum ad contemplationē et speculationē ptinet ipsa ꝑ itatis speculatio imo multi alij actus: quoꝝ quidā ptinēt ad acceptionē principiorū ex quibus proceditur ad contēplationē veritatis Alij aūt ptinēt ad deductionē ꝓncipioꝝ ī veritatē cui⁹ cognitio querit. Alij autē sunt pceptiones sensuū ad cognoscendū aliquos effectus et imaginationes et discursus rationis circa diuersa signa uel quecūqꝫ ꝓducentia in cognitionē veritatis intente. ¶ Ad 5ᵐ negat aᵒʳ. loquendo de habitu speculatiuo qui est ars. nec est simile de astrologia uel physica. qr obiectū illarum nō est adeo deseruiens speculatiōi sicut obiectū logice q̄ est quodāmodo instrumentū sciendi. ¶ Ad 6ᵐ soluit sanctus Tho. ꝓma 2ᵉ. q. 57. arti. 4°. vbi facit tale argumentū. Uirtus est habitus operatiuus. sed habitus speculatiui non sunt opatiui. distinguit enim speculatiuū ab operatiuo. ergo habit⁹ intellectuales speculatiui nō sunt virtutes. ecce argumentū ī forma. Et respondet sic. dicendū inquit ꝙ duplex ē opus. s. interius et exterius. practicum ergo ul' operatiuū qd̄ diuidit contra speculatiuū. dicit de opere exteriori ad qd̄ non habent ordinē habitus speculatiui. sed tamen habent ordinē ad opus qd̄ est speculari verū. et ꝑm hoc est habitus operatiu⁹. hec ille Ex quibus patet ꝙ eē operatiuū uel actiuā potentiā aut virtutē nō tollit habitum rationalē speculatiui. nisi virt⁹ illa uel potētia actiua sit respectu operis extra intellectum. qd̄. s. non est speculatio veritatis nec deseruit logice. ¶ Ad 7ᵐ dicit ꝙ opus aliquod pōt dupliciter regulari ꝑ rationem. Uno mō quo ad suū exercitiū absolute elicitum uel impatū. Alio mō quo ad substantiā suā uel in ordine ad ea q̄ dant ei rationē uel speciē puta obiectū. Primo mō cōcedit ꝙ opatio intellectus etiā speculatio potest a ratione regulari ut argumentū ꝓbat etiā ratione practica. sed tñ non regulat illo modo nisi regulata electione cadente sup opus intellectus. Secundo aūt modo nulla ratio practica opus itellect⁹ habet regulare. nō enim ratio regulans actū assentiendi huic cōclusioni. homo est beatificabilis. est practica sꝫ speculatiua. Nec alie instātie date de veritatibus aut falsitatibus sunt ad ꝓpositū. dico ergo ꝙ añs ē falsum. qr nulla noticia practica ꝑ se regulat op⁹ intellect⁹ solum. imo nūq̄ rō practica regulat opus intellect⁹. nisi in q̄tū regulat electionē de tali opere. et ideo opus intellect⁹ non est praxis nisi mediāte electione. actū aūt intellectus taliter regulari nō ē regulari ꝑm se. sꝫ q̄tū ad sui exercitiū. ¶ Ad confirmationē dicitur ꝙ bene ꝓbat ꝙ speculatio quo ad sui exercitiū est praxis sed tale exercitiū nō est nisi per actum alterius potentie. s. volūtatis. ¶ Ad 2ᵐ similiter dicit ꝙ bene ꝓbat ꝙ opus intellectus est bene regulabile ratione practica. sed nō imediate. Et ideo non habet ꝙ sit vere praxis. sꝫ pot⁹ electio illa qua mediāte noticia regulat ratione practica. ¶ Ad 3ᵐ negatur aᵒʳ. non enī omnis actus impat⁹ a voluntate est proprie praxis. sed solum sequitur ꝙ eius exercitiū sit praxis uel ipse act⁹ et q̄tū ad substantiā et q̄tū ad exercitiū sit praxis. ¶ Ad primū et 2ᵐ et 6ᵐ cōclusionē dicit ꝓ ꝙ responsio ibi data posset probabiliter sustineri. nec ꝑ arguentē insolubiliter impugnat. nam scientia dicit quandā entitatē absolutā ꝑm suam essentiā. habitus autē dicit practicus ex respectu ad operationē. quare cū respectus non sit intrinsecus essentie absoluti. practicū non potest esse essentialiter differētia scientie sicut nec paternitas homini. Item ꝑm ꝙ ponit arguens idem habitus absolute et eiusdem speciei potest successiue variari ꝑm practicum et speculatiuū. Nam scia quā habeo de rosa et de generatiōe illius ē speculatiua. Et si deus daret mihi potentiam productiuam rose. illa scientia statim induceret rationem practici. Dicit etiam ꝙ scia moralis existens ī mente angeli est mere speculatiua sicut scientia generationis rose in hoie est speculatiua. Constat autē ꝑm eum ꝙ illa scientia moralis in mēte angeli ē eiusdē speciei cum sit de eodem obiecto et in potentia eiusdem rationis. et tamen in nobis est scientia practica Quicquid autem sit de hoc 2°. tamē ꝓma probatio videt vera. Ex quo patet ꝙ rō practici non ē essentialis differentia sciētie q̄tū ad suū absolutū. Nec valet si dicat ꝙ saltem est essentialis differētia scientie inq̄tū scientia est virtus intellectualis includens respectum conueniētis et debiti ac cōgruētie in ordine ad naturā in qua ē. Istud inq̄tū nō valet. ille enī respectus qui ↄsequitur absolutū sciētie inq̄tū est virtus intellectualis consequit necessario positis extremis. s. absoluto scientie et absoluto nature in qua est. sed non sic ē de respectu practici. qr scientia de generatione rose que est in homine est speculatiua. et tñ posset fieri practica si supadderet potentia ꝓductiua et executiua directionis sciētie. ¶ Ad 2ᵃᵐ rationē dico ꝙ false imaginatur utpote ꝙ speculatiuū et practicū sic concurrant ad eundē habitum sicut extrema ad mixtū ex illis. sicut si ex albedine et nigredine fiat rubedo. Nos aūt nō sic intelligimus ī proposito. sed potius illo modo quo idem absolutum habet respectu alterius habitudinē factiui. et respectu alterius non habet talē habitudinē factiui. sꝫ mensurati ad mēsurā. Isto modo idē habitus extēdit se ad speculabile et operabile. ad speculabile quidē principalit. sꝫ ad operabile ꝑm quid et secūdario. Isto modo diceret ad primas duas rationes iuxta rñsionem ibi datā. ¶ Aliter tamē posset dici. et ꝑm mentē sancti Thome. ꝙ dato ꝙ iste differentie speculatiuū et practicū prout sumuntur ex obiecto habitus non ex fine habitus diuiderent essentialiter scientiam naturali lumine genitam. non tamē scientiam diuino lumine reuelatam. sicut enī color et sapor ad diuersas potentias sensitiue partis exterioris pertinent: que tamen sensibiliū differentie ad eandem potentiā cognitiue interioris scꝫ ad sensum cōmunē ptinent. nec illam diuersificāt. Et similiter omnes sensibiliū differentie ad vnā potentiam reducuntur intellectiuā. Et sicut appetit⁹

sensitiuus diuersificatur per concupiscibilē ⁊ irasci bilem. non tamen potentia volitiua. Sic in proposi to practicum ⁊ speculatiuū ad diuersas scientias in feriores pertinet. q̄ tamen differentie non diuersifi cant supremā scientiam que non ex sigillatiōe re rū in animā prouenit quēadmodū alie. sed poti⁹ ex diuine noticie impressione. Sm̄ enim ꝙ ipse dicit in scripto sup Boetiū de trini. q. 3. arti. p̄. ad 4ᵐ. fides est quedā ..giliatio p̄me veritatis in mēte. Et p̄ma pte. q. p̄ma. arti. 3°. Theologia nostra est quedā im pressio diuine scientie. Constat enī ꝙ inferiores ha bitus ⁊ potentie diuersificanꝰ circa aliqua: que tñ omnia apprehenduntur sub vno habitu uel vna po tentia superiori. Et ideo habit⁹ superior qui p diffe rētias quibus iferior habit⁹ diuid. ⁊ nō diuersificat: pōt se sic habere ad eos ꝙ p̄ncipaliter se extēdit ad vnam eaꝝ ⁊ sm̄ quid ad aliā. sicut ars militaris licꝫ se extendat ad ea de quib⁹ est frenefactiua ⁊ eque stris ⁊ gladiatoria. tñ principaliter uel principalius se extendit ad ea de quibus est gladiatoria q̄ȝ ad ea de quibus est frenefactiua uel equestris. Et sic i p posito dicendum est ad primas duas ratiōes respō dēdo. Dico tamē ꝙ practicū ⁊ speculatiuū ut respi ciunt finem habitus diuidunt scientiā in coi. licꝫ for te sint differentie accidentales eius. ut supra dictū est. vnde omnis scientia uel est practica ex fine uel speculatiua. ⁊ nulla est simul practica ⁊ speculatiua ex fine principali. Tunc igitur ad primam hui⁹ re sponsionis improbationem dicitur ꝙ non est illa in tentio p̄hi quam dicit arguens. ⁊ cū hoc probat. di co ꝙ maior huius rationis est vera si species conti neatur essentialiter sub illa differētia. si vo accidē taliter se habet ad genus. tunc species ille non plus continentur sub genere q̄ȝ sub differentia tali. sꝫ ad hūc sensum negatur hᵒʳ. Ad primam probationem negatur minor ut postea dicetur. Ad 3ᵃᵐ dicitur ꝙ peccauit sm̄ nō causam ut causam. assignat enī p causa huius ꝙ naturalis ⁊ moralis plus differāt q̄ȝ naturalis ⁊ mathematica. hāc. s. quia secunde due sunt speculatiue. non autem due prime. Illud autē non est causa huius differentie loquendo de essen tiali differentia scientiarum. sed potius causa est q2 plus differunt p̄ma subiecta naturalis ⁊ moralis q̄ȝ naturalis ⁊ mathematice ⁊ media demonstrationū etiam q̄ sunt causa effectiua habituū ex quib⁹ duo bus habituū differentie essentialiter compensanꝰ. ut habeꝰ a scō Tho. p̄ma 2ᵉ. q. 54. arti. 2°. Ex dictis patet quomodo respōsio prius data ad prima duo argumenta bona est. sicut enim quia albū ⁊ nigrum sunt differentie accidētalit̄ diuisiue aialis ⁊ nō essen tialiter. ideo non est impossibile ꝙ aliqō aial sit albū simpliciter ⁊ nigrum sm̄ quid. ita non inconueniēs ē ꝙ aliqua scientia sit simpliciter speculatiua ⁊ sm̄ quid practica. ¶ Ad 3ᵐ contra eandē 6ᵃᵐ ɔnem di co ꝙ maior sm̄ ꝙ iacet est falsa. licꝫ enim ille habit⁹ qui agit de actibus hominū ꝓut ordinātur ad spe culationē sit simpliciter speculatiuus. potest tamen dici practicus sm̄ quid. sicut per oppositū dicit ar guens de scientia morali. dico enim ꝙ ipsa est sim pliciter practica. scꝫ q̄ȝtum ad finem quem intendit est tamen sm̄ quid speculatiua in aliqua sui parte. ⁊ per oppositum habitus theologie potest dici specu latiuus ⁊ practicus. licꝫ etiam non agat de huma nis actibus nisi in ordine ad speculationem. erit enī speculatiuus simpliciter. scꝫ quo ad finem ⁊ quo ad principaliores partes sui obiecti. erit tamen sm̄ qd practicus inq̄ȝtum agit de obiecto operabili a sci ente. non tamē principaliter propter operari obie ctum. hoc est scientiam esse sm̄ quid practicā. ¶ Ad 4ᵐ negatur aᵒʳ. nam de operabili ab homine potest homo habere scientiam speculatiuam sm̄ quid. ut dictum fuit in secunda ⁊ tertia conclusione. nec p batiōes maioris valent. Non enim omnis habitus aspiciens rem operabilē a sciente est proprie ⁊ actu practicus. ⁊ in hoc deficit prima probatio. similiter medicina non ex hoc dicitur practica. quia eius ob iectum est operabile ab habēte medicinam. ⁊ i hoc deficit secunda. Similiter sciendum ꝙ non sufficit ad hoc ꝙ habitus sit practicus ꝙ sit de obiecto ope rabili. ⁊ sm̄ qō est operabile illo modo quo arguens accipit operabile hoc est per operationem attingi bile obiectaliter. sed oportet ꝙ isto modo sit opera bile a sciente sicut ab eo factibile uel ꝓductibile aut realiter alterabile. obiectum autem theologie non est isto modo a creatura operabile. ridiculum enim est dicere ꝙ diligens deum operetur deum. ¶ Ad quintū sicut ad precedens. ¶ Ad 6ᵐ negatur aᵒʳ. ut patet ex predictis. hᵒʳ etiam falsa est. non enim cre dere aut sperare aut operari sm̄ precepta sunt ob iecta aut fines principales habitus theologici. sed potius contemplatio prime veritatis. Unde san ctus doctor. primo sen. q. 1. arti. 3°. ad primum dicit. Opus non est vltimum intentū in hac scientia sed contemplatio prime veritatis ad quam depurati ex bonis operibus peruenim⁹. Sicut dicit Math. 5°. Beati mundo corde quoniam ipsi deum vide bunt. ⁊ ideo principalius est speculatiua q̄ȝ practi ca. hec ille. ¶ Ad 7ᵐ dico ꝙ finis vltimus hui⁹ sci entie est contemplatio patrie sed finis proximus est contēplatio vie ab isto habitu elicita que est quod dā initiū vltime illius. vnde sanct⁹ Thomas 2ᵃ 2ᵉ. q. 180. arti. 4°. Ad vitam inquit contemplatiuam pertinet contemplatio diuine veritatis que inq̄ȝ tū hꝫ est finis humane vite. Unde Augustinus di cit primo de trinitate. Contemplatio dei promitti tur nobis actionum omniū finis atqꝫ eterna perfe ctio gaudiorum que quidē in futura vita erit per fecta quando videbimus eum facie ad faciem. vn de ⁊ perfecte beatos faciet. Nunc autem contem platio diuine veritatis competit nobis imperfecte videlicꝫ per speculū ⁊ in enigmate. Unde per eam fit nobis quedam inchoatio que incipit ut in futu

ro terminet. Unde et phus in .10. ethi. in cotēplatio/ne optimi intelligibilis ponit ultimam felicitatem hominis. hec sanct' Thomas. Ex quibus apparet q illud quod dicit arguens q ista scientia non ordi/natur ad contemplationem vie. sed ad fidem et cha/ritatem nihil valet. Dico eni q sm sanctum Thomā ibidem ista sciētia ordinat ad hoc et ad illud. Ut eni ibidē ait ordine quodam quattuor pertinent ad vi/tam contemplatiuam. primo quidem virtutes mo/rales. 2° autē alij actus pter contemplationē. 3° cō/templatio diuinor effectuū. 4° vero ipsa contempla/tio diuine veritatis. Dicit etiā arti. 2° q virtutes mo/rales pertinent dispositiue ad vitam cōtemplatiuā inquātum impediunt vehementiam passionum et se/dant tumultus occupationum exterior. per q duo impeditur actus contemplationis. in quo essentia/liter consistit vita contemplatiua. Ibidem etiā ostē/dit arti. p° et arti. 2° ad primū quomodo dilectio dei et proximi pertinent ad vitam contemplatiuā. sicut cause mouentes ad intelligēdū et contemplandum nam ex dilectione homo inardescit ad eius contem/plationem conspiciendā. Ex quibus patet q ista sci/entia ordinatur ad charitatem sicut ad illud qd mo/uet ad exercendum actum huius scientie. Ordina/tur etiam ad virtutes morales sicut ad illa que dis/ponunt ad speculandum sm habitum theologicum sed ad actū diuine contemplatiōis p istum habitum elicitum essentialiter ordinatur sicut ad finem pro/ximum. ad contemplationem autem patrie ordina/tur ultimate. Cum autem arguēs nititur pbare q theologia non principaliter ordinetur ad contēpla/tionem patrie. ex hoc scz q omnis scientia ordinat ad illā cōtemplationē. dico q probatio nulla ē. licz enim tota philosophia ordinetur ad finem beatitudi/nis. ut ponit sanctus Tho. in scripto super Boetiū de trini. q. 5. arti. p. ubi etiam recitat Augm. x°. de ci/uitate dei allegantem Uarronem qui posuit q nul/la ē hoi alia causa philosophandi nisi ut sit btūs. Tn aliter ista scientia q̄ alie humanitus inuente in bea/titudinem ordinat. tum quia essentialis finis huius scientie est quedam inchoatio future beatitudinis. ut dictum est. non sic de alijs scientijs est. tum quia sci/entia ista est quedā impressio diuine scientie. ut pre/allegatū extitit. habit' etiā pncipior hui' scientie. s. lumē fidei est quedā sigillatio prime veritatis ut etiā pbabitū fuit. tū quia ista sciētia docet viam venien/di ad finalis beatitudinis complementum. ¶ Ad 8m dicitur q iste habitus non pncipaliter ordinatur ad regulandū praxes. nec sm omnes sui ōnes. Et cū dicitur q q̄tum ad istas ppositiones necessarias q videntur eē summe speculatiue inter omnes ōnes aut principia theologie. scz deus est eternus et vnus et h̄ ē regulatiua actuū voluntatis. Dico q sm pre/dicta in 5a ōne. nō omnis relatio habitus ad praxim facit habitum practicum. sed solum tunc cum habi/tus est proxima relatio operis. cuiusmodi non est in

ppposito de articulis fidei ut ibidem prolixius exti/tit declaratum. ¶ Ad 9m negat hoc. nō eni quecūqz ōnes theologice sunt de proximo habitus directiui alicuius praxis. sicut patet de istis: essentia diuina non generat. deus est eternus. et de infinitis talibus ut dictum est in 5a ōne prius. Et statim ad 8m. Et est eodem modo dicendum de illis que exprimūt sciē/tiam dei uel opa eius ad extra. ut deus ē omnisciēs omnipotens solum creator. ¶ Ad xm dicitur q oēs ille auctoritates probant q dilectio dei est intenta in hac scientia proximo. sed nō principaliter ultima/te. ut dictū ē in solutione ad 7m. ¶ Ad argumētū in in pede questionis factum patet responsio per pre/dicta. presertim in responsione septimi argumenti contra sextam conclusionem.

Terum circa pro

logum queritur. Utr theologia sit vna scientia. Et arguit q nō. Illa enim que in nulla ratione formali conueniunt non possunt ad vnam scientiam pertinere. sed illa de quibus est theologia scz deus et creatura non sunt aliquid cōmune vni/uocum. nec aliquā vnam rōnem formalem partici/pant. g theologia non est vna scientia. ¶ In opposi/tum arguitur sic. Nam sacra scriptura loquitur de ipsa sicut de vna scientia. ut Sap. x°. Dedit illi sciam scōr. igit etc. In hac q̄stione erūt duo articuli. In p ponēt ōnes. in 2° mouebūt obiectiōes. ¶ Qrti ad pmū ponit talis pma ō. q habit' scie lz sit vna sim/plex q̄litas nō ɔstituta ex multis. put habitū dicim' habilitatem ad vtendum complete formis intelli/gibilibus. tamē habitus scientie prout est imediatū principium actus intelligendi nō semp est qualitas simplex. Istam ōnem tenet sanctus doctor i diuer/sis locis. Sciendum eni q ipse quandoqz vocat ha/bitum scientie simplicem qualitatem. qnqz autē nō. Et de primo quidem patet in pma 2e. q. 54. arti. 4°. vbi sic dicit. Habitus ad operationem ordinat' de quo nunc agimus est quedā perfectio potentie. ois autē perfectio pportionat suo perfectibili. vn sicut potentia cum sit vna ad multa se extendit sm q cō/ueniūt in aliquo vno id est in generali quadā ratiōe obiecti. ita et habitus ad multa se extendit sm hunc ordinem ad aliquid vnū: puta ad vnam specialem rationem obiecti. uel vnam naturam. uel vnū pnci/pium. Si ergo consideremus habitum sm ea ad que se extendit. sic inuenimus in eo quandam multipli/citatem. sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliquid ad quod respicit principaliter habitus. inde est q habitus est qualitas simplex non cōstituta ex pluribus habitibus: etiam si ad multa se extendat. non eni vn' habit' se extēdit ad multa nisi in ordine ad vnū ex q habet vnitatē. hec ille. Et ibidē ad pmū Successio inqt in gnatiōe habit' nō ɔtingit ex h q ps ei' gnet p' ptē. lz ex eo q subiectū nō stati ɔseqt

d. ꝓpositionem firmam ⁊ difficiliter mobilem. ex eo ꝙ p̄mo incipit esse in subiecto imꝑfecte. ⁊ paulatim ꝑficit̄. hec ille. Similiter ad 3ᵐ argumētū dicit. Ille q̄ in aliqua scientia acquisiuit scientiam vni⁹ ɔ̄nis ꝑ vnā demōstrationē. habet quidē habitū s; imꝑfecte. cum vero acquirit ꝑ aliam demonstrationē scientiā alterius ɔ̄nis non generat̄ in eo alius habitus. sed qui prius inerat fit ꝑfectior: utpote ad plura se extendens. eo ꝙ ɔ̄nes ⁊ demonstrationes vnius scientie ordinate sūt. ⁊ vna deriuat̄ ex alia. Ex quibus oīb⁹ apparet eum sensisse ꝙ habitus scientie sit vna simplex qualitas. ⁊ ꝙ vnus habitus non cōstituitur ex multis habitibus. Qꝫ aūt q̄nq; ipse ponat habitum scientie nō esse qualitatē simplicem sed potius collectionem ex multis. patet p̄. Nam de veritate. q. 8. arti. 16ᵒ. ad 4ᵐ. expresse dicit ꝙ vna tota scientia cōprehendit sub se diuersas sciētias particulares quibus ɔ̄nes diuerse cognoscunt̄. ⁊ hoc ponit in exemplum ei⁹ quomodo. s. cognitio angeli cōprehendat in se cognitionē matutinam ⁊ vespertinam q̄si ptes.

2ᵒ. Nā de veritate. q. 20. arti. 2ᵒ. loquens de anima xp̄i sic dicit. Anima xp̄i cognitiōe qua verbū videbat indiguit habitu qd̄ est lumē. non ut ꝑ quod fieret aliquod intelligibile in actu sicut in nobis est lumen intellectus agētis. sed ut ꝑ quod eleuaret̄ itellectus creatus in id qd̄ est sup̄ seipsum. ad cognitionem vero creaturarū habuit habitū qui est collectio specierū ordinataꝝ ad cognoscēdū. hec ille. 3ᵒ. Nā 3ᵒ sen. di. 14. q. 1. arti. p̄. questiuncula 2ᵃ. dicit ꝙ habitus itellectiue partis ꝑficit̄ ex lumine ⁊ specie intelligibili illoꝝ que ꝑ speciem cognoscunt̄. Et questiuncula 3ᵃ dicit ꝙ habitus scientie ex duobus cōsistit. s. ex lumine intelligibili. ⁊ ex similitudine rei cognite. Arti. etiā 3ᵒ. questiuncula 4ᵃ. dicit sic. Diuisio habituū in diuersis rebus cognoscendis cōtingit in nobis ex hoc ꝙ forme intelligibiles in nobis sūt minime vniuersales. vñ oportet ꝙ diuersas res ꝑ diuersas species cognoscamus. ⁊ diuerse species s̄m genus faciunt diuersos habitus sciaꝝ. hec ille. Ex quibus patet ꝙ s̄m eum habitus est quid constitutū ex specie intelligibili ⁊ ex lumine intellectus agētis. Si aūt illa duo sunt realiter diuersa: habet̄ intentū ꝙ habit⁹ sciētie nō est simplex qualitas nō cōstituta ex pluribus. Si aūt species ⁊ lumen illud sunt vna res. ita ꝙ habitus sit species illustrata lumine intellectus agentis. adhuc habet̄ ꝓpositū. Nam in eodē arti. 3ᵒ. ad 3ᵐ arᵐ dicit sic. Nō q̄libet specierū diuersitas facit diuersum habitū. alias oporteret ꝙ quot sūt res tot essent scientie. sed diuersitas specierum que non reducuntur ad eundem modum cognitionis s̄m genus. que quidē diuersitas contingit ex eo ꝙ lumen intellectus nostri est particulatum ⁊ debile. hec ille. Ex quo habet̄ ꝙ [illegible] species intelligibiles que possūt reduci ad eundem modum cognitionis s̄m genus constituūt eundem habitū. ac ꝑ hoc habitus non est forma simplex. 4ᵒ idem patet. Nam 3ᵃ parte. q. 12. arti. 2ᵒ. sic ait. Profectus scientie est duplex. uel sapientie. Unus quidē s̄m essentiam. ꝑut sc; ipse habitus scientie augetur. Ali⁹ aūt s̄m effectum. puta si aliquis s̄m eundem ⁊ essentialem habitum scientie p̄mo minora alijs demōstret: ⁊ postea maiora. Et post pauca subdit. Cum extrahere species intelligibiles a fantasmatibus sit naturalis actio hominis s̄m intellectum agentem. cōueniēs videt̄ hanc actionem ponere in xp̄o. Et ex h̄ sequitur ꝙ in aīa xp̄i aliquis habitus scientie fuit qui ꝑ hāc abstractionē specieꝝ poterat augeri. ex hoc sc; ꝙ intellectus agens post p̄mas species intelligibiles abstractas a fantasmatibus poterat etiam alias abstrahere. hec ille. Et ibidem ad p̄mū. Sciētia inquit acquisita est tm̄ ab intellectu agente qui nō totum simul operat̄ sed successiue. ⁊ ideo xp̄s s̄m hāc scientiā non a p̄ncipio sciuit omnia. sed paulatim ⁊ post aliquod tempus sc; in ꝑfecta etate. hec ille. Ex quibus manifeste patet ꝙ s̄m eum habitus scientie acquisite habet partes ex quo ex multis speciebus intelligibilibus ⁊ successiue causatur ab intellectu agente. ⁊ auget̄ ꝑ nouarum aduentum specieꝝ. 5ᵒ patet idē. Nā p̄ma 2ᵉ. q. 52. arti. 2ᵒ. vbi querit vtꝝ augmentum habituū fiat ꝑ additionē: sic ait. Quia quedam accidentia augentur s̄m seipsa. in quibusdam hoꝝ potest fieri augmentum per additionem. augetur enim motus ꝑ hoc ꝙ ei aliquid addit̄: uel s̄m tempus in quo est. uel s̄m viam ꝑ quam est. ⁊ tū manet eadē species ꝓpt̄ vnitatē termini. auget̄ tū nihilominus motus ꝑ intensionem s̄m participationem subiecti. inq̄ntum sc; idem mot⁹ potest uel magis uel minus expedite aut prompte fieri. Similiter ⁊ scientia potest augeri s̄m seipsam ꝑ additionē. sicut cum aliquis plures ɔ̄nes geometrie addiscit. augetur in eo habitus eiusdem scientie s̄m speciem. Augetur nihilominus scientia in aliquo s̄m participationem subiecti ꝑ intensionem. prout sc; expeditius ⁊ clarius vnus homo se habet alio i eisdem ɔ̄nibus considerandis. hec ille. Ex quo manifeste patet ꝙ habitus scientie auget̄ per additionem. ac per hoc est qualitas ex multis constituta. Et ɔ̄niter videtur in eius dictis contradictio. Etiam in eodem libro. s. prima 2ᵉ. cum. q. 54. dicat habitum scientie simplicem qualitatem nō constitutam ex multis. in q̄one autem. 52. ponat eum augeri s̄m additionem. Ad tollendū igit̄ hu; cōtradictionis apparentiam sciendum ꝙ inter philosophos dubium extitit de qualitate scientie uel habitus scientifici. Quidam enī dicunt ut Auicēna ꝙ habitus scientie non est aliud in nobis q̄ȝ habilitas quedam anime nostre ad hoc ꝙ recipiat illuminationē intelligentie agentis. ⁊ species intelligibiles ab ea in se effluētes. ut recitat sctūs Tho. de veritate. q. 12. arti. p̄. Et 4ᵒ. sen. di. 50. arti. 2ᵒ. Alij vero ponunt ꝙ habit⁹ scientie non sit talis habilitas. sed potius collectio specierum intelligibiliū ⁊ ideo sanctus doctor quandoq; loquitur de h̄ sub dubio. quandoq; declinat ad vnam opinionē. q̄nq; ad aliam. Nā in sūma ɔ̄ gentiles libro p̄. ca. 56ᵒ. dicit sic. Oīs intellect⁹ [illegible] habitu ꝑ [illegible] species intelligibiles. Nā habit⁹ uel ē habilitas q̄dā ad recipiēdū species

intelligibiles quib⁹ actu fiat intelligibilis. uel ē ordi/
nata congregatio ipsarū specierum intelligibilium
existentiū in intellectu. non ꝯm actū completū sed
medio modo inē potētiā ꝛ actū. hec ille. In locis aūt
secundo allegatis loquit̄ de habitu ꝓut dicit colle/
ctionē specierū intelligibiliū. i. species intelligibiles
ordinatas ad intelligendū ꝯnes illatas ex ꝑncipijs
Sed alibi. s. in ꝑma 2ᵉ. vbi ponit habitū eē simplicē
qualitatē. loquitur de habitu ꝓut dicit qualitatem
quandā generatam ex frequētia actuū cōsiderādi
ꝯnem ex ꝑmissis illatam q̄ habilitat intellectum ad
ꝓmpte faciliter ꝛ delectabilit̄ cōsiderandū dictam
ꝯnem uel ꝯnes ꝑ species suoꝝ terminoꝝ ꝛ ad vten/
dum talib⁹ specieb⁹. Apparet tm̄ mihi ꝙ plus decli/
nat ad illam opinionē q̄ ponit sciam esse ordinatam
collectionē intelligibiliū specieꝝ. vn̄ hoc in plurib⁹
locis ponit: utpote de veritate. q. 20. arti. 2°. ut ꝑus
allegaui. Itē. q. xj. arti. ꝑ. ad xiᵐ. vbi sic dicit. In di/
scipulo describunt̄ forme intelligibiles ex quib⁹ scia
ꝑ doctrinā accepta constituit̄. imediate quidē ꝑ in/
tellectum agentē. sed mediate ꝑ eum qui docet. ꝓ
ponit enī doctor rerū intelligibiliū signa ex quibus
intellectus agens accipit intentiones intelligibiles
ꝛ describit eas in intellectu possibili. hec ille. Itē 3°
sen. dis. 14. q. 1. arti. ꝑ. et 3° dicit habitum scie consti/
tui ꝑ species que ad eundē modū cognitionis redu/
cunt̄. Item de ṽitate. q. 2. arti. ꝑ. ad 6ᵐ. soluēs illud
dictū Algaçelis. s. scia ē sigillatio scibilis i itellectu
scientis. Illud inqt dictū algaçelis intelligēdū ē de
scia nostra q̄ in nobis acquirit̄ ꝑ hoc ꝙ res imꝑmūt
suas similitudines in aīas nostras. sed in cognitione
dei est econtra. qꝛ ab eius intellectu effluunt forme
in oēs creaturas. vn̄ sicut scia est sigillatio reꝝ i ani/
mabus nr̄s. ita eo modo forme nō sūt nisi quedam
sigillatio diūe scie in rebus. hec ille. Item. q. 2. arti.
2°. sic ait. Illud qd̄ supaddit̄ potentie qn̄qꝫ recipit̄ i
ea ꝑ modum habitus. qn̄qꝫ ꝑ modū passionis. Per
modum passiōis quidē qn̄ receptum nō imanet reci
piēti. neqꝫ efficit̄ ei⁹ qualitas. sed quasi quodā con/
tactu ab aliquo agente imutat̄ ꝛ subito transit. sicut
in ꝑdicamentis ruborē passionē ꝛ nō passibilē qua/
litatem Ar. dicit qn̄ quis ꝓpter verecundiā in ru/
borem cito mutat̄. Tūc ṽo retinet̄ ꝑ modum habi/
tus qn̄ illud receptū efficit̄ quasi cōnaturale recipi/
enti. ꝛ inde est ꝙ habitus dicit̄ a ph̄o qualitas diffi/
cile mobilis. Inde est etiā ꝙ opatiōes ex habitu ꝓ
cedentes delectabiles sunt. ꝛ in ꝓmptu habentur ꝛ
faciliter exercent̄: quia sunt cōnaturales effecte.
Ea igitur q̄ supaddunt̄ in potētijs sensitiuis nō su/
peraddunt̄ ꝑ modum habitus sed ꝑ modum passio/
nis. in potentijs ṽo intellectiue partis ꝑ modum ha
bitus. qꝛ sensitiua pars agitur instinctu nature ma/
gis q̄ agat. intellectiua aūt pars ē domina sui act⁹. ꝛ
ideo cōpetit ei habere promptitudinem ad actus ut
possit opari cum libet. hec ille. Eandem sententiam
ponit 3° sen. dis. 14. q. i. arti. ꝑ. questiuncula 2ᵃ. vbi
dicit ꝙ sensus nō sentit nisi ad ꝑsentiā sensibilis. iō
ad eius opationē ꝑfectam sufficit impressio sui ob/
iecti ꝑ modum passionis tm̄. in intellectu aūt requi/
ritur ad eius ꝑfectionē ꝙ impressio sui actiui sit i eo
nō solum ꝑ modum passiōis sed etiā ꝑ modum qua/
litatis ꝛ forme cōnaturalis facte. ꝛ hāc formā habi
tum dicim⁹. hec ille. Ex quo patet ꝙ cū species in/
telligibilis sit impressio obiecti in intellectu manēs
in eo ꝑ modū qualitatis ꝙ ipsa dicit̄ habitus. ꝛ eodē
modo species coloris in oculo diceret̄ habitus si re/
ciperet̄ ibi ꝑ modum qualitatis ꝛ forme. Itē 3° sen.
vbi s̄ arti. s. ꝑ. questiuncula 2ᵃ ad ꝑmū dicit ꝙ ange/
li in cognitione naturali non indigent habitu ꝯm ꝙ
ad habitum requirit̄ lumen. exigitur autē ꝯm ꝙ re/
quirunt̄ species rerū. hec ille. Ex quo patet ꝙ cum
habitus scie cōstet ex lumine intelligibili ꝛ specie rei
ꝯm eum ibidem. ꝛ primū istoꝝ nō requiratur i ange/
lis sed 2ᵐ. ꝙ habitus scie in eis sunt ipse species in/
telligibiles eis cōnaturales ꝛ cōcreate. Hoc idē po
nit ꝑma 2ᵉ. q. 50. arti. 6°. vbi querit an habitus sit in
angelis. ꝛ respondet ꝙ intellectus angelic⁹ inq̄tū ē
in potentia indiget ꝑfici habitualiter ꝑ aliquas spe/
cies intelligibiles ad operationē ꝓpriam. sed inq̄tū
est actu ꝑ essentiā suam potest aliqua intelligere: ad
minus seipsum. ꝛ alia ꝯm modum substātie sue. Ex
quibus patet ꝙ species in angelo sunt habitus. Itē
arti. 5°. vbi querit: an in voluntate sit aliquis habit⁹
arguit sic. Habitus qui sunt in intellectu sūt species
intelligibiles quib⁹ intellect⁹ intelligit actu. sed vo/
luntas nō opat̄ ꝑ aliquas sp̄es. ḡ voluntas nō ē sub/
iectum habit⁹. Et respōdet. dicendū inquit ꝙ sicut
in intellectu est aliqua spēs que ē similitudo obiecti
ita oportet in voluntate ꝛ in qualibet vi appetitiua
esse aliquid quo inclinet̄ in suū obiectū. ꝛ in fine cō/
cludit. Et ideo necesse ē ut in volūtate ꝛ in qualibet
vi appetitiua sint quedā q̄litates inclinantes q̄ ha/
bitus dicunt̄. hec ille. Ex quo patet ꝙ cum eodem
modo se habeat species in intellectu sicut ille quali/
tates in voluntate ꝙ vterqꝫ sūt habitus. Et sic pa/
tet ꝑma ꝯ. ¶ 2ᵃ ꝯ est. ꝙ distinctio ꝯm gen⁹ sciaꝝ spe/
culatiuaꝝ attendenda est penes diuisionē ꝯm gen⁹
scibilis inq̄tum est scibile. ꝛ similiter de vnitate scie
ꝯm genus que attenditur ꝯm vnitatem generis sci/
bilis. Istam ꝯnem ponit scūs Tho. in scripto super
Boetiū de trinitate. q. 5. arti. ꝑ. vbi dicit sic. Scdm
distinctionē rerū oportet scientias speculatiuas di/
uidi. Sciendum tamen ꝙ quando habit⁹ uel poten/
tie penes obiecta distinguuntur. nō distinguuntur
penes quaslibet differētias obiectorum. sed penes
illas que sūt per se obiectorum inq̄tū obiecta sunt.
esse enim animal uel plantam accidit sensibili inq̄/
tum est sensibile. ꝛ ideo penes hoc non sumitur dif/
ferentia sensuum. sed magis penes differentias co/
loris ꝛ subiecti. Et ideo oportet scientias speculati/
uas diuidi per differentias speculabilium inq̄tum
speculabilia sunt. speculabili autem quod est obie/
ctū speculatiue potētie aliquid cōpetit ex pte potē
tie itellectiue speculatiue. ꝛ aliqd ex pte habit⁹ scie
quo intellect⁹ ꝑficitur. ex pte quidem intellect⁹ cō/
petit ei ꝙ sit imateriale. quia ꝛ ipse intellect⁹ imāl/

est. Ex parte ṽo scie competit ei ꝙ sit necessarium. quia scientia est de necessariis ut probatur .j. posteriorū. omne autē necessariū inq̃ꝫtum hꝰi est imobile. quia omne quod mouetur inq̃ꝫtū hꝰ est possibile eē ⁊ nō esse uel simpliciter uel ſm quid. ut dicit̃ .10. metaphisice. Sic igit̃ speculationi qđ est obiectū potētie speculatiue cōpetit sepatio a motu ⁊ a materia ⁊ applicatio ad ea. ⁊ ideo ſm ordinē remotionis a materia ⁊ a motu sciētie speculatiue distinguūt̃. Quedam igit̃ speculabiliū sunt que dependent a materia ſm esse. quia nō nisi in materia esse pñt. ⁊ hec distinguūt̃. qꝛ quedam dependēt a materia ſm esse ⁊ intellectum. sicut illa in quoꝝ diffinitiōe ponit̃ materia sensibilis. vñ sine materia sensibili intelligi nō possunt: ut in diffinitione hominis oportet poni carnes ⁊ ossa. ⁊ de his est physica siue sciētia naturalis Quedam ṽo sunt que q̃uis dependeant a materia ſm esse non tñ ſm intellectum. qꝛ in eoꝝ diffinitionibus nō ponit̃ materia sensibilis: ut linea ⁊ numerꝰ. ⁊ de his est mathematica. Quedam ṽo speculabilia sunt que non dependēt a materia ſm esse suū. quia nunq̃ꝫ sunt in materia: sicut deus ⁊ angelus. siue in quibusdam sint i materia. ⁊ in quibusdā non: ut substantia quantitas qualitas potentia ⁊ actus vnū ⁊ multa ⁊ hꝫ. de quibꝰ omnibus est theologia id est diuina sciētia. qꝛ precipuū cognitoꝝ in ea est deꝰ: que alio nomine dicit̃ metaphisica id est trāſ physica. qꝛ post physicā discenda occurrit nobis: quibꝰ ex sensibilibus oportet in insensibilia deuenire. Dicit̃ autē prima phīa inq̃ꝫtum alie scientie ab ea principia accipiētes eam sequūt̃. nō est autē possibile ꝙ sint alique res que ſm intellectum dependeāt a materia ⁊ non ſm esse. qꝛ intellectus q̃ꝫtum est de se est immaterialis. ⁊ ideo nō est quartū genus ꝑter predicta. hec ille. Item in scripto super pmū posterioꝝ versus finē caᵒ ꝙ sciētia est certior sic ait. Materialis diuersitas obiecti non diuersificat habitum: sed solū formalis. Cum ḡ scibile sit ꝓpriū obiectum scientie ſm materialem diuersitatē scibiliū non diuersificabūt̃ scientie. sed ſm diuersitatem eoꝝ formalem. Sicut aūt formalis rō visibilis sumit̃ ex lumine p qđ color videtur. ita formalis rō scibilis accipit̃ ſm pncipia ex quibus aliquid scitur. ⁊ ideo q̃ſtūcunq̃ꝫ sint aliq̃ diuersa scibilia ſm suam materiā dūmodo p eadē pncipia sciantur ptinent ad vnam sciam. qꝛ iam nō erunt diuersa inq̃ꝫtum sunt scibilia. sunt enim scibilia per sua pncipia. sicut patet ꝙ voces hūane multum differunt a sonis corpoꝝ inanimatoꝝ. sed tñ qꝛ ſm eadem pncipia attendit̃ consonātia in vocibꝰ humanis ⁊ sonis corpoꝝ inanimatoꝝ. eadem est sciētia musice que de vtrisq̃ꝫ tractat. Si ṽo aliq̃ sint eadē ſm materiā ⁊ tñ p diuersa pncipia considerent̃. manifestum est ꝙ ad diuersas scientias pertinēt. sicut corpus mathematicū non est sepatū subiecto a corpore naturali. quia tñ corpus mathematicū cognoscitur p pncipia quātitatis. corpus aūt naturale per pncipia motus. non est eadem scia geometria ⁊ naturalis. patet ḡ ꝙ ad diuersificādū scias sufficit diuersitas pncipioꝝ quam comitat̃ diuersitas generis scibilis. Non est autē intelligendū ꝙ ad vnitatē scientie sufficiat vnitas pmoꝝ pncipioꝝ simpliciter sed vnitas primoꝝ pncipioꝝ in aliquo genere scibilium. distinguūt̃ aūt genera scibiliū ſm diuersū modum cognoscendi. sicut alio modo cognoscunt̃ ea que diffiniunt̃ cum materia. ⁊ ea que diffiniūt̃ sine materia. vñ aliud genꝰ scibiliū est corpus materiale ⁊ corpus mathematicum. vñ sunt diuersa pncipia vtriusq̃ꝫ generis. ⁊ p ɔñs diuerse scie. vtrunq̃ꝫ autē hoꝝ distinguit̃ in diuersa gnā scibiliū ſm diuersos modos ⁊ rōnes cognoscibilitatis. hec ille. Idem ponit in scripto sup pmū physicoꝝ. Sciendum inquit ꝙ cum omnis scia sit in intellectu: p hoc autem aliquid sit intelligibile i actu ꝙ aliqualit̃ abstrahatur a materia ſm ꝙ aliqua diuersimode se hñt ad materiam ad diuersas scias pertinent. Rursus. cum oīs scia p demonstrationē habeat̃ ⁊ mediū demonstrationis sit diffinitio oportet ſm diuersū modū diffinitionis modū sciaꝝ diuersificari. Sciendū est igit̃ ꝙ quedam sunt quoꝝ esse dependet a materia. nec sine materia diffiniri pñt. Quedam ṽo sunt que licꝫ esse non possint nisi in materia: in eoꝝ tñ diffinitiōe materia sensibilis non cadit. ⁊ hec differūt ab inuicē sicut curuū ⁊ simū. nam simū est in materia sensibili. ⁊ necesse est ꝙ in eius diffinitiōe materia sensibilis cadat. Est eni simus nasus curuꝰ. ⁊ talia sūt oīa naturalia: ut homo lapis. Curuū ṽo licꝫ esse nō possit sine materia sensibili: tñ in eius diffinitione materia sensibilis non ponit̃. ⁊ talia sunt oīa mathematica: ut numeri magnitudines ⁊ figure. Quedā ṽo sunt que nō dependent aliquo modo a materia sensibili neq̃ꝫ ſm esse neq̃ꝫ ſm rationē. uel qꝛ nnq̃ꝫ sūt in materia: sicut deus ⁊ alie substantie sepate. uel qꝛ non vlr sunt in materia: ut substantia potentia ⁊ actus ⁊ ipsum ens. de hꝫ aūt est metaphisica. De his ṽo q̃ dependēt a mā sensibili ſm esse ſꝫ nō ſm rōnem est mathematica. De his ṽo que dependent a materia sensibili ſm esse ⁊ ſm rōnem est physica. hec ille. Ex quibus omnibus apparet ꝙ diuisio sciarū ſm genꝰ uel etiā eaꝝ vnitas ſm genꝰ attendenda ē penes diuisionē uel vnitatē generalē scibilis inq̃ꝫtū est scibile. ita ꝙ oēs ille scie sūt eedē ſm genꝰ quaꝝ obiecta reducunt̃ ad idē genꝰ scibilis. Et ille differūt genere quoꝝ obiecta nō sūt reducibilia ad idem scibile sed ad diuersa genera. Similit̃ ꝙ ille scie differūt genere q̃ꝝ media demōstratiua uł ꝓbatiua nō reducūt̃ ad vnū scibile sꝫ ad diuersa. Et ex hoc seqt̃ ꝙ theologia huāit̃ sciēta differt ſm genꝰ a theologia p reuelationē habita. nā vna sumit media p q̃ ꝓbat suas ꝯnes a lūie diuino. alia ṽo a lūie intellectꝰ agētis. Et ĩo dicit sctūs Tho. pma pte. q. j. artī. j. ad 2ᵐ. Diuersa rō cogscibilis diuersitatē sciaꝝ inducit. eandē enī ꝯnē demōstrat astrologꝰ ⁊ nālis: puta ꝙ terra est rotunda. sed astrologus p medium mathematicum qđ est a materia abstractum. naturalis autē p medium circa materiā consideratum. vñ nihil ꝓhibet de eisdē rebus de quibꝰ physice discipline tractant

sm q cogscibilia sut lumie nalis rōnis ⁊ aliā sciam tra
ctare sm q cognoscunt lumie diuine reuelatōis. vñ
theologia que ad sacrā doctrinā ptinet differt sm
gen⁹ ab illa theologia que pars philosophie ponit.
hec ille. ¶ 3ª ꝯ est q vnitas specifica habit⁹ sciēti
ci attendēda ē penes vnitatē formalis obiecti quā
ille habitus pmo ⁊ p se respicit: ita q omnes illi habi
tus sunt idem specie qui respiciūt idem obiectū sub
eadem rōne formali pmo ⁊ adequate. siue illa ratio
sit generalis siue specialis. ⁊ loquit de formali rōne
obiecti inqtū est scibile. Similiter intelligo de rōne
formali non solū que se habet ut quod cognoscit: sʒ
etiam de rōne formali que se habet ut quo obiectū
cognoscitur. nam habitus diuersi possunt respicere
idem obiectum sub eadē rōne formali p modo: qui
tñ distinguūt per rōnē obiecti 2° modo sumptā. ut
patet pma 2ᵉ. q. 54. arti. 2°. vbi sic dicitur. Habitus
specie distinguūt sm tria. Uno quidē modo sm pn
cipia actiua talium dispositionū. 2° modo sm obie
cta specie differētia. 3° modo sm materiā. Et exem
plificat de pmo modo de physica ⁊ astrologia q̄ sūt
diuersi habitus pter diuersa media demonstrādi
licʒ considerent quandoqʒ idem obiectum ⁊ eandē
ꝯnem. De 2° exēplificat in contrarijs que eodē ha
bitu sciētie cognoscuntur. qꝛ ad eandem rationem
scibilis pertinēt. ⁊ p oppositum habitus qnqʒ distin
guūt. qꝛ obiecta diuersa habent. De 3° exemplifi
cat in virtute heroica ⁊ humana. qꝛ vna disponit ad
actum conuenientem nature supiori. ⁊ alia ad actū
conueniētē nature inferiori. ⁊ similiter i vitio ⁊ vir
tute. Patet ḡ q diuersitas medioꝝ demostratiuo
rum tollit vnitatem habitus. talia aūt media dicūt
formales rōnes obiectorū scie 2° modo ut patebit i
alia questione. Ad vnitatem ḡ specificam habit⁹ re
quiritur duplex vnitas formalis rōnis. s. illi⁹ que se
habet ut quod. ⁊ illi⁹ que se habet ut quo. Istā ꝯnē
probat scūs doctor de virtutibus. q. 1. arti. 4. Uni
tas inquit cuiuslibet potētie uel habitus ex obiecto
consideranda est. ⁊ hoc ideo. qꝛ potentia hoc ipsum
quod est dicitur in ordine ad possibile quod est eius
obiectum. ⁊ sic ratio ⁊ species potētie ex obiecto ac
cipitur. Et similiter est de habitu qui nihil aliud ē q̄
quedam dispositio potētie pfectiua ad suū obiectū.
sed in obiecto considerat aliquid ut formale ⁊ aliqd
ut materiale. Formale autē in obiecto est illud sm
cuius rōnē obiectum refertur ad potētiā uel habi
tum. Materiale aūt est illud in quo hoc fundatur:
ut si loquamur de obiecto potentie visiue. obiectū
eius formale est color. uel aliquid h⁹. inquantū eni
aliquid est coloratū in tantū est visibile. sed materia
le in obiecto est corpus cui accidit color. Ex quo pa
tet q potentia uel habitus refert ad formalem ob
iecti rōnē per se. ad illud aūt quod ē materiale i ob
iecto per accidens. ⁊ qꝛ ea que sunt per accidēs nō
variāt rem: sed solum ea que sūt p se. ideo materia
lis diuersitas obiecti nō diuersificat potentiam uel
habitum. sed solum formalis. vna enim est potentia
qua videmus lapides ⁊ homines ⁊ celum. quia ista
diuersitas obiectorum est materialis ⁊ nō sm rōnē
formalem visibilis. sed gustus differt ab olfactu sm
differentiam saporis ⁊ odoris. quia sunt per se sensi
bilia. hec ille. Item pma parte. q. 1. arti. 3° dicit. Uni
tas potentie uel habitus est consideranda sm obie
ctum. nō quidem materialiter sed sm rōnē formalē
obiecti. puta homo asinus ⁊ lapis conueniūt in vna
rōne formali colorati quod est obiectum visus. hec
ille. Idem ponit. 2ª 2ᵉ. q. 4. arti. 6°. Quilibet inquit
habitus ex obiecto habet speciem: sed ex obiecto in
diuiduatur. hec ille. Ex istis patet q omnes illi ha
bitus scientifici dicerentur idem specie qui p se pri
mo respicerent obiecta sua sub ratione mobilis. sic
q illa ratio esset formalis in obiectis illorū habituū
⁊ adequata cuilibet habitui. sic q habitus non plus
se extenderet q̄ illa ratio. nec econtra. Et idem eēt
si talis ratio esset cōmunior uel minus cōis q̄ ratio
mobilis. puta ista rō: mobilis sm locum: uel mobilis
ad formam realem: dum tñ adequaretur habitui ⁊
esset formalis in obiecto eius. Et si querat quid suf
ficiat ad specificā diuisionem habituū sciētificoꝝ.
dicitur q quicunqʒ habitus respiciunt aliqua obie
cta formalia p se pmo ⁊ adequate differētia specie
vtiqʒ differūt specie. ⁊ hoc si talia obiecta formalia
differāt specie nō sub quocūqʒ genere sed solū sub
hoc genere quod est scibile. hoc enim genus scibile
diuiditur in genera subalterna. ⁊ post per alia vsqʒ
ad species specialissimas. ¶ 4ª ꝯ est q theologia ē
vna scia. Istā ꝯnem ponit scūs Tho. pma parte. q.
1. arti. 3°. vbi postq̄ dixit q vnitas habitus conside
rāda est sm formalē rōnē obiecti: subdit. Quia igit
sacra doctrina considerat aliqua sm q sunt diuini
tus reuelabilia: omnia quecunqʒ sunt diuinitus re
uelabilia cōmunicant in vna formali rōne obiecti
huius scientie. ⁊ ideo comprehenduntur sub doctri
na sacra sicut sub vna scientia. Similiter ibidem ad
2ᵐ dicit. Nihil prohibet inferiores potentias uel ha
bit⁹ diuersificari circa aliquas materias que coīter
cadūt sub vna potentia uel habitu supiori. qꝛ supe
rior potentia uel habitus respicit obiectum vniuer
saliori rōne formali. sicut obiectum sensus cōis cum
sit vna potētia extendit se ad obiecta qnqʒ sensuū. ⁊
similiter ea que i diuersis sciētijs tractantur potest
sacra doctrina vna existēs considerare sub vna ra
tione inq̄tum scʒ sūt diuinitus reuelabilia: ut sic sa
cra doctrina sit velut q̄dā impressio diuine scie que
est vna ⁊ simplex oiuʒ. Eādem ꝯnem ponit p sen. q.
1. prologi. arti. 2°. dicens. Quanto aliqua cognitio ē
altior: tanto est magis vnita ⁊ ad plura se extendit.
vñ intellectus diuinus qui est altissimus p vnū qđ
est ipse deus oiuʒ rerū distincte cognitionē habet.
ita etiam cum ista scientia sit altissima p ipsum lumē
diuine reuelationis uel inspirationis efficaciā hñs
ipsa vnica manens diuersarū rerū considerationē
habet. hec ille. Et hoc de pmo articulo.

Quantū ad secūdū articulum mo
uenda sunt du
bia. Siquidem cōtra ꝯclusionem arguit Aureolus

probãdo ꝙ vnitas habitus sciẽtifici non sit ꝑ modũ
forme simplicis. nec sit vnitas collectionis specierũ
intelligibilium: que duo videtur ponere ꝯ prima.
Primũ autẽ istoꝝ probat triplici rõne. pͦ arguit sic.
Habens habitũ si non fuerit impeditus põt opari ꝑ
illum ⁊ elicere actum. sed primũ habens gradũ scie
uel habitus respectu prime ꝯnis non potest exire ĩ
actum cognitionis respectu centesime. ꝗuis possit
respectu prime. igitur habens habitũ respectu pri/
me ꝯnis nõ habet totum habitum per essentiã oĩuꝫ
ꝯnũ. ⁊ ꝑ ꝯñs alia ⁊ alia realitas respicit aliam ⁊ aliã
ꝯnem in habitu scientifico. ut videtur. ℂ 2ͦ sic. Illi
habitus qui habet distinctas generationes ⁊ distin/
ctas corruptiones ⁊ distinctas intensiones ⁊ remis/
siones sunt realiter ⁊ essentialiter distincti: non solũ
sicut gradus eiusdem essentie. hoc patet. qm̃ si eẽnt
sicut gradus eiusdem habitus haberent eandẽ in/
tensionem ⁊ idem augmentum. sed habitus decem
ꝯnũ potest seorsum generari ⁊ intendi absqꝫ hoc ꝙ
generet̃ uel intendat̃ habitus respectu centesime.
meditans enĩ frequenter de ꝯnibus primis geome
trie. non est dubiũ ꝙ intendit continue habitum re/
spectu illarũ. nec tñ ꝯnes. 15. nouit. ꝫ habitus ꝗ̃tũ/
cunqꝫ intensus illarum ꝯnũ ⁊ istarũ non est vnus ⁊
idem. ℂ 3ͦ sic. Impossibile est habit⁹ oppositos sta/
re simul. sed ignorantia ꝯnis centesime: ignorantia
dico qua credit̃ eius oppositũ esse veꝝ. nõ ignorã/
tia negationis que est nescientia simplex. illa inquã
ignorantia est habitus corruptiu⁹ cõtrarius habitui
scientifico eiusdem ꝯnis. igit̃ ista ignorãtia ⁊ ista sci/
entia impossibile est ꝙ stent simul. certũ est autẽ ꝙ
ista ignorantia põt stare cum habitu sciẽtifico decẽ
pͦmarũ ꝯnũ. possibile est enĩ aliquẽ recte sentire de
ꝯnibus decẽ alicui⁹ scie. ⁊ errare circa centesimã.
ꝫ habitus decime ⁊ centesime nõ sũt idem realiter.
ℂ Confirmat̃. qm̃ forme ꝯrie sunt incõpossibiles in
eodem ꝓpter talẽ repugnantiã ⁊ oppositionẽ. ⁊ id/
circo tota eẽntia habit⁹ sciẽtifici oĩuꝫ ꝯnũ errori ut
repugnãte oĩuꝫ repugnaret si q̃libet esset vna res
indiuisibilis ⁊ simplex. ⁊ sic ꝓbatũ est pͦmũ scꝫ ꝙ ha/
bitus scientific⁹ non sit vna simplex qualitas. ℂ 2ᵐ
ꝓbat sic. pͦ ꝙ habitus scientific⁹ generat̃ ex actu in/
tellectus discursiuo: cũ acquirat̃ ꝑ demõstrationẽ.
illud ꝫ quod relinquit̃ ex actu. aut est pur⁹ ordo im/
pressus rebus. aut sũt ipse species intelligibiles. aut
aliquid absolutũ factũ circa eas. Non aũt põt poni
ꝙ ꝑ istũ actũ ordo ipsis specieb⁹ imprimat̃ ĩmedia/
te ne relatio sit pͦmus termin⁹ ꝓductionis ꝯ phm̃ 5ͦ
physicoꝝ. Nec põt dici ꝙ ipse species imprimãt̃. qꝛ
iam ante erãt. Nec põt dici ꝙ aliquid absolutũ fiat
circa eas ꝙ sit causa fundãdi istum ordinẽ. cũ in in/
tellectu non ponat̃ aliquid nisi habit⁹ ⁊ actus ⁊ spe/
cies. igit̃ impossibile est poni ꝙ ordo specieꝝ sit eẽn/
tialiter scia. ℂ 2ͦ. Habit⁹ scientie est aliquid absolu/
tum ĩ genere qualitatis licꝫ relationẽ ad actũ inclu/
dat ⁊ ad obiectũ. sed ordo specieꝝ non est absolutũ
in genere. nec refert̃ ad actũ uel obiectũ. sed est re/
latio vnius speciei ad aliam. ꝫ ordo specierũ nõ erit
habitus scientific⁹. ℂ 3ͦ sic. Scia est habitus ꝯnis
nõ aũt pͦncipioꝝ aut pͦmissaꝝ. ut patet 2ͦ posterioꝝ.
sed ordo scientiaꝝ nõ solũ respicit ꝯnem sed totam
etiã demõstrationẽ cũ ordo maioris extremitatis ad
mediũ ⁊ medij ad maiorẽ ⁊ ꝑ ꝯñs totus discursus. ꝫ
non erit habit⁹ scientific⁹. ℂ 4ͦ. Ordo cũ sit relatio
non põt esse pͦncipiũ actus intellectus aut alicuius
opationis. sed scia est actus pͦmus ⁊ pͦncipiũ actus
secundi qui est intelligere ꝯnem. ꝫ non põt esse or/
do specꝝ. ℂ 5ͦ. Si est ordo specꝝ. aut ẽ ordo situalis. ⁊
hoc non põt esse. qꝛ species non sunt situate in intel/
lectu. nec habent hic aut ibi. nec prius aut posterius
in situ. Aut erit ordo causalis ꝙ vna species ex alia
causet̃. ⁊ hoc esse nõ põt. qꝛ species sũt in intellectu
anteq̃ꝫ habit⁹ scientific⁹ generet̃. ⁊ iteꝝ species cau
santur in intellectu a fantasmate ⁊ intellectu agen
te. Aut ordo formalis. qꝛ vna sit apta pͦus informa/
re intellectum q̃ꝫ alia. nec hoc esse põt. qꝛ tũc statim
dum imprimunt̃ in intellectu debet esse iste ordo. ⁊
tñ non statim habet̃ habitus scientificus. Aut ordo
vsualis. ut. s. intellectus sit inclinatus uel determi/
nat⁹ ad vtendũ quodã ordine specie maioris extre/
mitatis. deinde medij. deinde minoris. deinde inhe/
rentie maioris ad minorẽ. talis quippe determina/
tio intellectus si ponat̃ ad istum ordinem nõ erat ex
ipsis speciebus sed ex aliquo determinatiuo facto
ab intellectu q̃ inclinet̃ ad illũ ordinẽ vtendi specb⁹.
igit̃ habitus scientific⁹ non ẽ ordo. hec ille. ℂ Cõtra
secundã ꝯnem arguit in hoc ꝙ ibi ponit̃ habitus sci
entificos ꝓpter ⁊ ſm media demonstrationũ diuer
sificari. ⁊ pͦ sic. Demonstratio quia ⁊ ꝓpter quid non
procedunt ꝑ mediũ vniforme. ut patet pͦ posterioꝝ.
sed ꝯ nota ꝑ demonstrationem quia ⁊ propter quid
pñt ad eũdẽ habitũ sciẽtificũ ptinere. Astrolog⁹ enĩ
scit ꝙ eclipsis lune erit ⁊ ꝓpter quid erit. s. ꝓpter in/
terpositionẽ terre inter solem ⁊ lunã. ꝫ habit⁹ pote/
rit esse vn⁹: licꝫ media diuersificent̃. Neqꝫ valet si
dicat̃ ꝙ scientia quia ⁊ ꝓpter quid sũt diuerse scie/
tie ſm phm̃ pͦ posterioꝝ. Hoc nempe veꝝ est ꝙ sunt
diuerse noticie partiales. sed qn possint esse partes
vnius scientifici habitus nõ est veꝝ. ℂ 2ͦ qꝛ physic⁹
demõstrat ꝑ omnes causas. ut patet 2ͦ phẏ. sꝫ de/
monstrationes ꝑ quattuor causas sumũt media al/
terius rõnis. cum cause sint alterius rõnis. pͦ enĩ po/
sterioꝝ ponũt̃ q̃ttuor modi demõstrandi ſm quat/
tuor genera causaꝝ. ꝫ idemptitas habitus põt stare
cum diuersitate mediorum. ℂ Cõfirmat̃. quia phs
3ͦ metaphisice querit questionem an omnia genera
causarum pertineant ad eandem scientiam. ⁊ dicit
ꝙ sic. vbi dicit cõmentator ꝙ hoc non inueniat̃ nisi
in scientia naturali tñ ꝙ aliqua scꝫ demonstret per
omnes causas. ℂ Contra tertiam ꝯnem arguit sic
Si vnitas rationis obiecti sufficit ad causandũ vni/
tatem in habitu. aut hoc est vnitas specifica. aut ge
neris subalterni. aut generalissimi. aut ipsius entis.
sed illa vnitas formalis rõnis q̃ facit habitũ vnũ nõ
est vnitas specifica. qm̃ tũc tot essent scie quot sunt
spẽs specialissime. nec gñis subalterni. qm̃ pari mõ

tot erūt scie quot genera subalterna. nec gn̄alissimi quī tūc tm̄ eēnt decē iuxta numerū decē p̄dicamē/ toꝝ. nec ipsi⁹ entis. qꝛ tunc eēt tm̄ vna scia si ens sit vnius rōnis. ḡ patet ꝙ obiectū ex h̄ ꝙ est vni⁹ rō/ nis formalis non tribuit habitui specificā vnitatem ¶ 2° sic. Habit⁹ fertur ad obiectū sicut ꝛ potentia. sed due potētie hn̄t ferri sup idē obiectū re ꝛ rōne. ut sensus cois ꝛ visus sup colorē. ꝛ intellect⁹ ꝛ volū tas sup rōnē boni. ḡ duo habitus hn̄t ferri sup idem obiectū ꝛ sub eadem rōne. ¶ 3° sic. Opinio ꝛ scientia sunt habit⁹ diuersi. sed isti p̄nt esse de eodē obiecto ꝛ sub eadē rōne. igit̄ idem qđ p̄us. ¶ Cōtra quartā ꝯnem arguit sic. Eodem modo se habet diuina il/ lustratio ꝛ reuelatio ad reuelata ꝛ cognita p reuela tionē. sicut se habet intellect⁹ agentis illuminatio ꝛ illustratio ad ea q̄ cognoscunt̄ p ei⁹ illustrationem. sed cognita p illustrationē intellect⁹ agentis ptinēt ad diuersas scias physicas ꝛ humanitus inuentas quātūcūq; nō cognoscāt̄ nisi ut cognita ex intelle/ ctus illuminatiōe. ḡ ꝛ ea q̄ p diuinā reuelationē co/ gnita sunt ad diuersas sciētias ptinere p̄nt q̄uis nō cognoscātur nisi quatenus reuelata. ¶ 2° tu dicis ꝙ obiecta mālia non distinguūt habit⁹ dum tn̄ sit eadē rō formalis. Dicis etiā ꝙ oia ꝯsiderata in the/ ologia ꝯsiderant̄ inq̄tū reuelabilia idcirco theolo gia ē vna. ex q̄ apparet ꝙ eē reuelabile ē forma/ lis rō obiectiua i subiecto theologie. Sed istud sta/ re nō pōt s̄m dicta tua. vni⁹ eni scie est vnū forma/ le obiectū ꝛ sub vna rōne formali. sed s̄m te de⁹ sub rōne deitatis est subiectū theologie. rō aūt deitatis ꝛ rō reuelabilis nō sūt eedē. cū reuelabile sit relatio diuinitas aūt absolutū. ḡ impossibile est ꝙ rō reue/ labilis sit formalis rō obiectiua in theologia. cui⁹ tn̄ oppositū tu ponis. vn̄ non apparet qn̄ ista duo repu gnent sc; ꝙ de⁹ sit subiectū theologie inq̄tū deus ꝛ ꝙ eē reuelabile sit formalis rō obiectiua. igit̄ nō ē vna theologia q̄ oia ꝯsideret inq̄tū sūt diuinit⁹ re/ uelabilia. ¶ 3° possibile ē aliquē scire geometrica/ lia ꝛ physica ꝛ moralia inq̄tū diuinit⁹ reuelata. ut si cui deus infunderet istas scias sicut forsitan fecit Salomoni. sed talis haberet plures scias ꝛ plures habit⁹. non obstāte ꝙ oia cognosceret quaten⁹ re/ uelata diuinit⁹. ḡ pari ratiōe in theologia plures ha bitus esse p̄nt. nō obstāte rōne tua. ¶ 4° Deus i re/ uelatiōe theologica se habet i ratiōe p̄cipui docto/ ris. s; sub eodem doctore pōt hō plures scias acci/ pere ꝛ plures habit⁹: esto ꝙ omnia cōsideret ut diui nitus reuelata. hec ille.

Ad primum contra primam ꝯnem Et pro tribus argumentis primo loco factis dico ꝙ concludunt habitū non esse simplicē qualitatē sumendo habitū p collectiōe sp̄eꝝ intelligibiliū ordinataꝝ ad consi derādū. nō eni est possibile ꝙ aliquis sit nūc potēs ad considerandū aliquā ꝯnē ꝛ non p̄us nisi nouiter fuerit factus in actu p̄mo p speciē nouā intelligibi/ lem a fantasmatib⁹ abstractā. uel adueniat ei noua illustratio luminis alicuius. oportet ideo ꝙ habeat plures species q̄ p̄us. ꝛ ꝯsequēt̄ ꝙ habitus sciētie crescat si habit⁹ scientie illo modo sumat̄. si autē ha bitus sciētie sumat̄ p habilitate uel poti⁹ pro qua/ litate habilitante ad cōsiderandū p illas spēs. tunc dico ꝙ erit idem habit⁹ in p̄ncipio ꝛ in fine s̄m eēn/ tiam. q̄uis ille habit⁹ aduenientib⁹ nouis spēb⁹ uel demonstrationibus ꝯnū extendant se ad plura q̄ p̄us. ideo isto modo sumendo habitū argumēta nō concludunt. ¶ Dico ḡ ad primum ꝙ non oportet ꝙ hn̄s habitū imperfectū ꝛ qui actu non se extendit ad oia ad que pōt se extēdere possit ꝯsiderare p illum habitū oēs ꝯnes ad quas ille habit⁹ se extendere pōt. sed solum illas ad q̄s dict⁹ habit⁹ actualiter se extendit. Et si querat̄ qn̄ fit talis extensio nouiter ad ꝯnes ad quas prius non se extendebat. dico ꝙ ille habit⁹ est dispositio potētie ad ꝯsiderandū nūc p species intelligibiles primam ꝯnē. ita ꝙ intelle/ ctus per eum est in potētia proxima respectu consi derātiōis p̄me ꝯclusiōis. Et qꝛ in cōsideratiōe pri/ me ꝯnis inchoata est consideratio secūde. ideo per illum habitū est in potentia remota ad ꝯsiderandū de secunda. ꝛ simil̄ ꝯsideratio tertie est inchoata i cōsideratiōe secunde. ꝛ sic de sequētib⁹. De tali aūt potētia remota intellect⁹ reducit̄ ad actū p actum demōstratiōis. ita ꝙ habit⁹ qui sufficient̄ ponebat intellectū in actu p̄mo uel potentia p̄xima respe/ ctu p̄me ꝯnis: nunc idem facit respectu secunde. ꝛ sic intelligo illā extensionē. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ ē falla/ cia figure dictiōis mutando qd in aliud aliqd. nā in maiori loquitur de habitu absolute sumpto. ꝛ i mi/ nori subsumit de habitu relato ad talem ꝯnē uel talem. Dico enim ꝙ idem habitus est p essentiā re/ spectu oiu; ꝯnū vnius scientie. sed ille habit⁹ q̄n̄q; inclinat ꝛ disponit intellectum ad cōsiderandū de vna ꝯne ꝛ non de alia. ꝛ quandoq; vehementi⁹ re/ spectu vni⁹ q̄ respectu alteri⁹ nisi in potētia. qđ cō tingit ideo. qꝛ elicit actū respectu vni⁹ ꝛ non alteri⁹ uel non ita sepe. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ habit⁹ oppositos impossibile est esse simul in eadē potētia intellecti/ ua s̄m actū completū. sed habit⁹ oppositos quorum vn⁹ est in potentia ꝛ ali⁹ in actu non est impossibile simul eē in eadē potentia intellectiua. sic autē est in p̄posito. Dico eni ꝙ habit⁹ qui solū actu se extēdit ad decem p̄mas ꝯnes geometrie. non est habitus in actu respectu ꝯnis centesime sed in potentia. ꝛ ideo nihil p̄hibet istū habitū ꝛ illā ignorantiā eidem simul inexistere. ¶ Ad ꝯfirmationē dico similiter ꝙ lic; ꝯrietas cōsurgat ex forme eēntia. tn̄ incōpossi/ bilitas coexistendi comitat̄ formas s̄m actum ꝛ nō s̄m potētiā. illud aūt qđ dictū ē de extēsiōe habit⁹ sc; quomodo habēs habitū respectu ꝯnis cētesime nō pōt exire semp in actū nisi p demōstrationē ali/ quā habēs habitū de imperfecto ad pfectū deducat̄ sile est illi qđ ponit scūs doctor i alio p̄posito. sc; ꝙ habit⁹ p̄morū p̄ncipioꝝ tā in speculatiuis q̄ in pra cticis sūt i nobis a natura. ꝛ tn̄ nulli⁹ pōt exire p eos in actū ꝯsiderādi nisi p̄ponāt̄ termini eoꝝ. vn̄ san/ ctus doctor p̄ma 2ᵉ. q. 51. arti. p̄. Sūt inqt in hoibus

aliqui habit⁹ nãles tãq̃ ptim ad nãm exitẽtes ⁊ ptim ab exteriori ꝑncipio. In apprehẽsiuis eni potentijs põt esse habit⁹ naturalis ſm inchoationẽ ⁊ ſm nãm speciei ⁊ ſm nãm indiuidui. Scõm nãm quidẽ spẽi ex pte ipsi⁹ aie. sicut intellect⁹ ꝑncipiorũ dr̃ eẽ habitus nãlis. ex ipsa eni nã aie intellectualis conuenit hoi ꝙ statim cognito quid est totũ ⁊ quid est pars cognoscat ꝙ oẽ totũ ẽ mai⁹ sua pte. ⁊ silr̃ est i ceteris. sed quid ẽ totũ ⁊ quid pars cognoscere nõ põt nisi ꝑ spẽs intelligibiles a fantasmatib⁹ acceptas. ⁊ ꝓpter hoc phs i 2⁰ posterioꝝ ondit ꝙ cognitio ꝑncipioꝝ ꝓuenit ex sensu. hec ille. Ex qb⁹ patet ꝙ nõ sp oportet ꝙ hñs habitũ respectu alicui⁹ speculabilis possit exire in actũ speculãdi ꝑ habitũ nisi ꝑfecte habeat habitũ respectu illi⁹. ⁊ non solũ ſm inchoationẽ. sic aũt habet habitũ respectu ꝯnis centesime q solũ audiuit demonstrationẽ respectu primaꝝ decem.

❡ Ad 2m dico q̃ amor differt realit̃ a delectatione. ut dic̃ scũs Tho. p̃ª 2e. q. 26. arti. p̃. vbi põit i solutiõe secũdi q̃ amor nõ dicit̃ eẽ timor aut cupiditas aut gaudiũ essentialit̃ sed causalit̃. et. q. 23. arti. 4°. vbi oñdit quõ sunt vndecim passiões specie differẽtes. sex quidẽ in cõcupiscibili. s. amor odiũ desideriũ fuga delectatio tristicia. in irascibili ãt q̃nq3. s. spes desperatio timor ⁊ audacia ⁊ ira. Totidẽ aũt act⁹ specie differentes sũt in voluntate. sed actus volũtatis nõ dicit̃ pprie passio sed actus appetitus sensitiui. ut sup̃ dictũ ẽ. Idẽ ponit q̃ ad distinctionem taliũ actuũ uel passionũ. 3° sen. dis. 26. q. 1. arti. 3°. Tũc cũ dicit arguẽs q̃ si delectatio differat ab amore non se habebit illa fruitio ad amorẽ sicut visio ad cõprehensionẽ. cõcedit̃ q̃ nõ eodem mõ se hñt q̃ ad realẽ distinctionẽ aut indistinctionẽ absolutoꝝ. sed bene se hñt ista duo sicut illa duo q̃ ad p̃suppositionẽ uel sequelã. sicut eni cõprehẽsio sequit̃ visionẽ ita fruitio amorẽ. sed tñ cõprehẽsio nõ addit supra visionẽ nisi respectũ quẽdã. cõprehensio eni s̃m scm̃ Tho. p̃ma 2e. q. 4. arti. 3°. nõ est alia opatio p̃ter visionem sed est quedã habitudo ad finẽ habitũ. ita q̃ non est alia opatio sed ẽ relatio fũdata in opatiõe q̃ de⁹ habetur ⁊ tenet̃ p̃sens. secus ẽ de fruitiõe uel delectatiõe respcũ amoris. ❡ Ad 3m dr̃ p̃ q̃ nõ ẽ mẽs sci Tho q̃ ad btitudinẽ reqrat̃ alia delectatio p̃ter illã que habet̃ de dei visiõe. vñ scũs Tho. 2ª 2e. q. 28. arti. p̃. et 2°. ostẽdit quõ duplex gaudiũ de deo haberi põt vno mõ s̃m q̃ gaudem⁹ de bono diuino in se considerato. alio modo s̃m q̃ gaudem⁹ de bono diuino put a nobis pticipat̃. p̃mũ aũt gaudiũ ẽ melius. q2 p̃cedit p̃ncipalit̃ ex caritate. hec sũt verba eius arti. p̃. ad 3m. arti. aũt. 3°. ostẽdit quõ vtrũq3 gaudiũ erit plenũ in futura btitudine. aut enim sic gaudiũ cõpatur ad desideriũ sicut quies ad motũ. est autẽ plena quies cũ nihil restat de motu. vñ tũc est gaudiũ plenũ qñ iã nihil desiderandũ restat. q̃diu autẽ in hoc mũdo sumus nõ quiescit in nobis motus desiderij. q2 adhuc restat q̃ deo appropinq̃mus p gratiã. sed qñ iã ad btitudinẽ pfectã puentũ fuerit nihil desiderãdũ restabit. q2 erit dei plena fruitio in q̃ hõ obtinebit q̃cq̃d etiã circa alia desiderauit. ⁊ iõ quiescit desideriũ nõ solũ quo desideramus deum. sed etiã erit oĩu3 desideriorum quies. vñ gaudiũ btõꝝ erit plenũ ⁊ simplicissimũ. q2 plus obtinebit q̃3 desiderare sufficit. quia tamẽ nulla creatura est capax gaudij de deo ei condigni. inde est q̃ illud gaudium oĩo plenum nõ causatur in homine sed potius hõ intrat illud s̃m q̃ dr̃ Math. 25°. Intra in gaudiũ dñi tui. hec ille. Ex quibus patet q̃ ad beatitudinem non solũ requirit̃ gaudium de habitione dei qd̃ ipse vocat quietẽ desiderij quo desiderabat̃ de⁹. imo etiã gaudiũ de ipso bono diuino i se ↄsiderato. de q̃ dicit q̃ hõ intrat illud gaudiũ. Dico [illegible] argumẽtũ est falsa. ipsa eni delectatio quã fruitione dicimus ẽ quietatio tã in deo q̃3 in ei⁹ visiõe. ut i seque-

tibus clarius apparebit. ¶ Ad pmū eo҄ꝝ q̄ ꝯ eandē pōne inducta fuit dī ꝙ rō illa ibi data est sufficiēs. dicēti .[illegible] ponit scūs Tho. pma zᵉ. q. z6. arti. z° ut fuit recitatū i ꝓbatiōe 3ᵉ ꝯnis. Eandē etiā ponit q. z3. arti. 4. dicēs. Oē mouēs trahit ad se q̄dāmō passiōes uel a se repellit. ⁊ trahēdo q̄dē ad se tria facit in ipso. Primo dat ei inclinationē ul' aptitudinē ut in ipsū tendat. sicut cū corp⁹ leue qḋ ē sursū dat leuitatē corpi genito ꝑ quā hȝ inclinationē ⁊ aptitudinē ad hꝰ ꝙ sit sursum. z° si corp⁹ generatū ē extra ꝓpriū locū dat ei moueri ad locū. 3° dat ei quiescere in loco cū ꝑuenerit. q2 ex eadē causa aliqd quiescit in loco ꝑ quā mouebatur ad locū. ⁊ similiter est intelligēdū de cā repulsionis. In motib⁹ aūt appetitiue ptis bonū habet q̄si virtutē attractiuā. malū āt q̄si virtutē repulsiuā. bonū igit̄ pmo i potētia appetitiua cāt quādā iclinationē seu aptitudinē ⁊ connaturalitatē ad bonū qḋ ptinet ad passionē amoris cui ꝑ cōtrariū rñdet odiū ex parte mali. z° si nondū bonū sit habitū dat ei motū ad cōsequendū bonum amatū ⁊ hoc ptinet ad passionē desiderij uel concupiscentie ⁊ ex opposito ex pte mali est fuga ul' abhominatio. 3° cū adeptū fuit bonū dat appetitui quādā quietationē in bono adepto. ⁊ hꝰ ptinet ad delectationē ul' gaudiū. in passionib⁹ aūt irascibilis presupponit̄ quedā aptitudo uel iclinatio ad ꝓsequēdū bonū uel fugiēdū malū ex cōcupiscibili que absolute respicit bonū uel malū. ⁊ respectu boni nōdū habiti ē spes uel desparatio. respectu aūt mali nōdū iniacentis est timor ⁊ audacia. respectu aūt boni iā adepti nō est aliq̄ passio i irascibili q2 iam nō hȝ rōnē ardui. ȝ ex malo iā iniacēti seq̄t̄ passio ire. hꝰ ille. Idē ponit 3° sen. dis. z6. q. j. arti. 3° ⁊ de x̄itate. q. z6. arti. 4° Ex qb⁹ patet rōnē supi⁹ datā fuisse bonā. Tūc ad iprobationē ei⁹ negat̄ assumptū. s. ꝙ amor pcedens desideriū est delectatio. ille siquidē amor non est delectatio ȝ causa delectationis. est tñ q̄dā cōplacentia. ꝙ eni sit cōplacentia patet. nā scūs Tho pma zᵉ. q. z6. arti. z° dicit. ꝙ pma īmutatio appetitus ab appetibili est amor q nihil aliud est q̄ꝫ cōplacentia. hec ille. Nō tñ sequit̄ ꝙ ille amor si est cōplacentia ꝙ sit delectatio. nō eni idē ē cōplacētia ⁊ delectatio. Et cū dicit̄ ꝙ idē est dictu delector in te ⁊ diligo te. hoc negat̄. añq̄ꝫ eni bonū qḋ amat̄ habeatur uel sit presens ut est possibile amāti nō delectat licȝ diligat̄ ⁊ placeat. vñ scūs Tho. 3° sen. dis. z7. q. j. arti. 3° dicit. Sciendū inq̄t ꝙ qñ amatū est pñs realiter fm ꝙ ē possibile tunc ē delectatio sicut ex cōiunctione ma[illegible] tunc cōuenientis. qñ [illegible] aūt ē [illegible] absens fm rem tunc maxime affligit. sicut ex diuisione continui sequit̄ dolor. q2 amor est vis cōtinuatiua. ⁊ inde dī ꝙ amor facit languere. qñ aūt ē fm aliqd pñs ⁊ fm aliquid absens tunc habet delectationē admixtā afflictioni. hec ille. Ex quib⁹ apparet ꝙ falsum est illud qḋ arguēs supponit. s. ꝙ idem sit dictu diligo te uel cōplaceo in te ⁊ delector i te. nā cōtingit in bono absenti cōplacere non tñ delectari ut dictū est. Sciendū tñ ꝙ cū dicim⁹ ꝙ delectatio requirit pñtiā amati. ꝙ triplex est gradus delectationis. grad⁹ pñtie fm scm̄ Tho. pma zᵉ q. 3z. arti 3° vbi aūt. delectatio causat̄ ex pñtia boni cōuenientis fm ꝙ sentit̄ uel qualitercūq̄ ꝑcipit̄. est autē aliqd pñs nobis dupliciṫ. vno⁹ fm cognitionē. put. s. cognitū est in cogñscēte fm suā similitudinē. alio⁹ fm rem put vnū alteri realiter coniungit̄ uel actu uel potentia. fm quēcūq̄ꝫ cōiunctionis modū. ⁊ q2 maior est cōiūctio fm rem q̄ꝫ fm similitudinē que ē cōiunctio cognitionis. Itē maior ē cōiunctio rei i actu q̄ꝫ in potentia. ideo maxima delectatio est q̄ fit per sensum q requirit pñtiā rei sensibilis. zᵐ aūt gradū tenet delectatio spei in q̄ nō solū est cōiunctio delectabilis fm apprehensionē. ȝ etiā fm facultatē uel ptātē adipiscēdi bonū qḋ delectat. 3ᵐ aūt gradū tenet delectatio memorie q̄ hȝ solā cōiūctionē apphēsionis. hec ille. Ex q̄ pȝ ꝙ cōplacēs nō delectat nisi [illegible] aliq̄ mō pñs. Sciēdū est etiā ꝙ ad gaudiū aut ad [illegible]ectationē sīlit̄ nō reqrit̄ ꝯiunctio boni aut pñtia ap[illegible]ibil' ad appetētē. ȝ sufficit hꝰ ul' pñtia boni ad a[illegible]d qḋ dilig[illegible]. Vñ scūs Tho. zᵃ zᵉ. q. z8. arti. p° dicit. Gaudiū ex amore causat̄. uel ꝑpt̄ pñtiā boni amati uel etiā ꝑpter hꝰ ꝙ ipsi bono amato ꝑpriū bonū inest ⁊ conseruat̄. ⁊ hoc zᵐ maxime ptinet ad amorē beniuolentie ꝑ quā aliquis gaudet de amico ꝓspere se habente etiam si sit absens. hec ille. Et sic ut de gaudio ita dicendū est de delectatione cū oē gaudiū sit delectatio ȝ nō econtra. ut ipse ponit pma zᵉ. q. 3j. arti. 3° ¶ Ad zᵐ negat̄ hᵒʳ. Amor eni concupiscentie nō est gaudium nec delectatio nec concupiscentia. sed causat desideriū uel cōcupiscētiam aut delectationē. vñ arguens in illa diffinitione decipit̄ credēs ꝙ amor cōcupiscētie sit cōcupiscētia ⁊ amor amicitie sit amicitia. quod nō est verū Vñ sanct⁹ Tho. pma zᵉ. q. z6. arti. 4. dicit. ꝙ amor nō diuidit̄ ꝑ amicitiā ⁊ cōcupiscētiā. ȝ ꝑ amorē amicitie ⁊ ꝯcupiscētie. cui⁹ causā assignat q2 amor ē passio ul' act⁹. ȝ amicitia ē habit⁹ ut dī. 8. ethiᶜ. habit⁹ āt nō pōt esse ps diuisiua passiōis uel act⁹. cōcupiscētia etiā ē alia passio ab amore. ⁊ sic nō pōt diuidere amorē. Sȝ ad itellectū hui⁹ diuisionis sciēdū ꝙ sicṫ dicit scūs Tho. p° ꝯ gent. ca° 9j. Cū alie opatiōes aie sint circa vnū obiectū tm̄. sol⁹ amor ad duo obaferri videt̄. ꝑ hꝰ eni ꝙ intelligim⁹ uel gaudemus. ad aliqḋ bonū aliqualiṫ nos habem⁹. amor aūt aliquid alicui vult. hꝰ eni amare dicimur cui aliqḋ bonū volum⁹ fm p̄dictū modū. vñ ⁊ ea q̄ concupiscim⁹. simpliciṫ quidē ⁊ ꝓprie desiderare dicimur. nō āt amare. ȝ poti⁹ nos ipsos quib⁹ ea ꝯcupiscim⁹. ⁊ ex hꝰ ipsa ꝑ accñs non ꝓprie dicuntur amari. hec ille. Idem ponit pma zᵉ vbi statī dixi. sicut inquit phs dicit z° rhetoricoꝝ. amor est velle alicui bonum. Sic ergo motus amoris in duo tendit. scȝ in bonum qḋ quis vult alicui. scȝ sibi uel alteri. ⁊ in illud cui vult illud bonū. Ad illud ergo bonum quod quis vult alteri habetur amor ꝯcupiscētie. ad illud aūt cui qs vult bonū habet̄ amor amicitie. Hec autē diuisio est fm prius ⁊ posterius. nā illud qḋ amat̄ amore amicitie

simpliciter ꝛ per se amatur. quod autē amat̄ amo/
re cōcupiscentie nō simpliciter ꝛ ſm se amatur sed
amatur alteri. hec ille. Ex quibꝰ patet ꝙ idem mo/
tus amoris ē amor cōcupiscentie respectu vnius ꝛ
amor amicitie respectu alteriꝰ. ꝛ similiter quomodo
amor cōcupiscentie nō est cōcupiscentia. ſꝫ ē amor
rei que cōcupiscit̄ nō per actum amoris ſꝫ alio actu
distincto. Unde ſm scm̄ Tho. pma 2e. q. 30. arti. 2o.
Amor cōcupiscentia ꝛ delectatio sunt tres actꝰ spē
differētes ꝑpter diuersam rōnē obiecti. delectabi/
le enī inq̄ꝫtū adaptat sibi appetitū ꝛ cōformat quo/
dāmodo causat amorē. inq̄ꝫtū vo absens trahit ipsū
ad se ꝛ causat concupiscentiā. inq̄ꝫtū vero presens
quietat in seipso ꝛ causat delectationē. hec ille. Pa
tet similiter ex predictis ꝙ diuisio illa amoris ī amo
rem cōcupiscentie ꝛ amicitie nō est diuisio in diuer/
sos actus ſm rem. ſꝫ est diuisio vnius actus ſm di/
uersos respectꝰ ad duo obiecta q̄ respicit. Qȝ si di/
catur. quō distinguis tu amorē cōcupiscentie a con
cupiscentia? omne enī quod cōcupiscit̄ amat̄ amo/
re cōcupiscentie. ꝛ ecōtra. ꝛ sic videt̄ ꝙ idē est ama/
ri amore ꝯcupiscētie ꝛ desiderari uel ꝯcupisci. Dico
ꝙ hoc falsa est. Nā amor cōcupiscentie inq̄ꝫtū hꝰ. ꝛ
cōcupiscentia uel desideriū inq̄ꝫtū hꝰ habent aliud
ꝛ aliud obiectū. nam amor cōcupiscentie non aspi/
cit illud respectu cuiꝰ dicitur amor cōcupiscētie ut
absens uel nō habitū. nam pecunia habita ꝛ posses/
sa amatur amore cōcupiscentie. sed nō desideratur
nec concupiscitur. nam ꝯcupiscentia uel desideriū
aspicit bonum ut absens. Amor ḡ ꝯcupiscētie aspi/
cit bonū ut est bonū alteri. nō ut est bonū in se solū.
sed desideriū aut cōcupiscentia aspicit bonū ut ab/
sens est. Unde damascenꝰ dicit. Expectatū bonū
cōcupiscentiā cōstituit. presens vo leticiā. ꝛ recitat
sanctꝰ Tho. pma 2e. q. 30. arti. 2. ad 2m. Et sic patet
ꝙ cōcupiscentia ꝛ amor cōcupiscētie habent diuer
sa obiecta. amor enī cōcupiscētie abstrahit a p̄senti
ꝛ a futuro. nō aūt cōcupiscētia cū ferat̄ in nō habi/
tum ꝛ absens. Et si dicas cur amor respectu boni in
alio dicit̄ amor cōcupiscentie. dico ꝙ cōcupiscētia
dupliciter capitur. vno mō ꝓut ē idem qꝺ deside/
riū. ꝛ a tali cōcupiscētia nō nominat̄ amor concupi/
scentie. alio mō ꝯcupiscētia dicit generaliter omnē
motum volūtatis uł appetitus in illud qꝺ est bonū
alicui presertim toti cōposito. vnde cōcupiscētia dr̄
quasi simul cupiscētia. s. corporis ꝛ aīe. Est enim cō
cupiscētia ſm phm̄ p̄ rhetorice. ꝛ recitat scūs Tho.
pma 2e q. 30. arti. p̄. appetitꝰ delectabilis boni. s. sen/
sibilis qꝺ est bonū totiꝰ ꝯiuncti. ꝛ a tali cōcupiscētia
nominat̄ amor ꝯcupiscētie. Ad hunc sensū exponit
scūs Tho. illud Augꝰ. 83. qōnū Cupiditas est amor
rerū trāscuntiū. pma 2e vbi diti. Pōt etiā aliter di/
ci ꝙ amor respectu illiꝰ qꝺ est bonū alteri dr̄ amor
cōcupiscētie qꝛ cōuenit cū ꝯcupiscētia ꝛ desiderio
in hoc ꝙ amor cōcupiscētie. ſꝫ cōcupiscentia est re/
spectu illius qꝺ est bonū alteri. sed in hoc differunt
qꝛ cōcupiscentia ꝓprie dicta aspicit illud ut absens
amor aūt cōcupiscentie absolute. ꝛ ꝓpter ipsam cō

cupiscentiā talis amor licꝫ nō sit cōcupiscentia. ta/
men dr̄ a ꝯcupiscētie. ¶ Ad 3m negat̄ 4or. nec
ꝓbatio valet. nō enim ē idē dictu placabilis es mi/
hi ꝛ delectabilis es mihi quasi multa placeāt q̄ non
delectant. ſꝫ potiꝰ sunt causa tristicie ut patuit in so
lutione pmi ¶ Ad 4m negat̄ hor. Unire enim aliter
ꝯuenit amori q̄ꝫ delectationi. vn̄ scūs Tho. pma 2e
q. 25. arti. 3. ad 2m. Duplex inquit est vnio amati ad
amantē. vna quidē realis ſm cōmētatorē ad rem
ipsam. ꝛ talis vnio ꝑtinet ad gaudiū uł delectatio/
nē que sequit̄ desideriū. Alia est vnio effectiua scꝫ
ſm aptitudinē ꝛ ꝓportionē prout. s. ex hoc ꝙ aliqd hꝫ
aptitudinē ad alterū ꝛ inclinationē iā ꝑticipat aliqd
eiꝰ. ꝛ sic amor vnionē iportat q̄ qdē vnio p̄cedit mo
tum desiderij. hec ille. Sīliter. q. 28. arti. p̄. ad pmū
dicit. ꝙ delectatio reqrit sicut causam realē vnio/
nē. s. pn̄tiā amati ad amantē. desideriū vo est i rea/
li absentia amati. amor aūt in absentia ꝛ i pn̄tia. hec
ille. Ex quibꝰ patet ꝙ ipse amor vnit formaliter cū
sit quedā vnio. delectatio autē nec vnit formaliter
nec effectiue. ſꝫ effectꝰ est vnionis. ꝛ sicut dictū est
de vnione illa. dicendum est de alijs que arguens
enumerat. verū aliq̄ falsa ponit. s. ꝙ amare ē que/
scere ī amato. hoc enī falsum est qꝛ quies nō attribuit̄
amori ſꝫ delectatiōi. transformatio simılr̄ nō attri/
buit̄ delectatiōi ſꝫ amori. Male etiā assignat effe/
ctus amoris ꝛ multū voluntarie. effectꝰ enī amoris
sūt vnio inhesio extasis zelꝰ liq̄factio fruitio feruor
ꝛ lāguor. ut declarat scūs Tho. pma 2e. q. 28. ex di
ctis dionysij. ꝛ 3o. sen. dis. 27. q. j. arti. p̄. vbi etiā dat
differētiā int̄ vnionē q̄ attribuit̄ amori. ꝛ illā q̄ attri
buit̄ delectatiōi. amor enī vehemētior est delecta/
tione. qꝛ amor ē ꝑ iformationē appetitus ab appeti
bili. delectatio aūt ꝑ cōiūctionē ex re pn̄ti sibi cōue/
niente. nō est aūt tanta ꝯiūctio rei ad rem quāta est
appetitꝰ ad appetibile. qꝛ res adueniens q̄ delecta/
tionē causat nō ꝯiūgit̄ ſm nām. qꝛ hoc nō fit illud. vn̄
ē q̄si cōiunctio cōtactꝰ. ſꝫ appetitꝰ est ipsiꝰ appetibi/
lis ſm suā nām ꝛ substātiā. vn̄ qn̄ appetitꝰ informat̄
ꝑ appetibile est q̄si cōiūctio cōtinuitatis ꝛ ꝯcretiōis
vn̄ amor plꝰ vnit q̄ꝫ delectatio qꝛ facit ꝙ amans sit
ſm affectū ipsa res amata. delectatio aūt ꝑ ꝑticipa
tionē alicuiꝰ ab illo ſm ꝙ ē realr̄ pn̄s. hec ille. ¶ Ad
5m r̄ndet scūs Tho. pma 2e. q. 26. arti. p̄. dicēs. ꝙ il/
la diuisio amoris quā ponit Augꝰ. 14. de ciui. dei di
uidēs amorē ī leticiā cupiditatē ꝛ hꝰ ē ꝑ cām ꝛ nō ꝑ
eēntiā. amor enī dr̄ eē timor. cupiditas gaudiū non
qdē eēntialiter ſꝫ causaliter. hec ille. Intēdit aūt ꝙ
amor est pma passio appetitꝰ ꝛ radix ac cā oīuꝫ affe
ctionū ſm ꝙ ipse probat pma pte. q. 20. arti. 3o. et ꝯ
gentiles libro p̄. caº 91. et 3o sen. dis. 27. q. j. arti. 3o. et
pma 2e. q. 28. arti. 5o vbi dicit. Si amatū fuerit pn̄s
ꝛ habitū causatur delectatio siue fruitio. si aūt fue/
rit absens sequunt̄ alie due passiones. s. tristicia de
absentia que significat̄ ꝑ languorē ꝛ intensum desi
deriū de cōsecutione amati qꝺ significat̄ ꝑ feruorē
Articulo etiā sequēti ad 2m dic ꝙ ex amore causat̄
desideriū tristicia delectatio ꝛ omnes alie passiōes

Unde omnis actio que procedat ex quacumque passione procedat ex amore sicut ex prima causa. hec ille. ¶ Ad 6^m negatur a^or. sicut enim dicit sanctus Tho. prima 2^e q. 23. arti. 4. licet passiones differant secundum activa que sunt passionum obiecta anime tamen differentia actionum potest dupliciter attendi. Uno modo secundum speciem uel naturam ipsorum activorum sicut ignis differt ab aqua. Alio modo secundum diversam virtutem activam. diversitas autem activi uel motivi quantum ad virtutem movendi activi potest in passionibus anime secundum finem agentium naturalium. omne enim movens trahit ad se patiens uel a se repellit. trahendo quidem ad se tria facit. primo dat ei inclinationem uel aptitudinem ut in ipsum tendat. 2° dat ei moveri ad locum suum si fuerit extra. 3° dat ei quiescere in illo loco. hec ille. Et consequenter ostendit quod bonum quod habet virtutem attractivam in motibus appetitivis tria causat in potentia appetitiva. scilicet amorem delectationem et desiderium et correspondet illis tribus que agens naturale causat in passo uel generans in genito. non igitur est plus inconveniens quod idem obiectum in eadem potentia causaret tres motus plus quam quod ignis generans det suo genito levitatem et motum sursum et quietem in eodem loco. nam idem licet sit obiectum secundum speciem rei tamen habet diversam virtutem motivam secundum quod proponitur absolute ut bonum uel malum et secundum quod proponitur ut presens uel absens. unde sanctus Tho. prima 2^e. q. 30. arti. 2°. Diversitas inquit obiecti potest attendi uel secundum naturam ipsius obiecti uel secundum diversitatem in virtute agendi. diversitas quidem obiecti que est secundum rei naturam facit numeralem differentiam passionum et materialem. Sed diversitas que est secundum virtutem activam facit formalem differentiam passionum secundum quam passiones specie differunt. Est autem alia ratio virtutis motive ipsius finis uel boni secundum quod est realiter presens et secundum quod est absens. nam secundum quod est presens facit in seipso quiescere. secundum autem quod est absens facit ad seipsum moveri. Unde ipsum delectabile secundum sensum inquantum appetitum sibi adaptat quodammodo et conformat causat amorem. inquantum vero absens attrahit ad seipsum causat concupiscentiam. inquantum vero presens quietat in seipso causat delectationem. hec ille. ¶ Ad 7^m patet solutio per idem. non enim est inconveniens idem agens secundum naturam rei producere diversos effectus cum est multiplex secundum virtutem activam cuiusmodi est bonum diversimode apprehensum. illud enim est unum agens secundum naturam et speciem suam. sed est multiplex in ratione obiecti. Unde sanctus Thomas prima 2^e q. 35. arti. 3. ad primum dicit sic. Cum obiectum appetitus animalis sit bonum apprehensum pertinet quodammodo ad diversitatem obiecti. ¶ Ad 8^m negatur h^or. non enim odium est tristicia nec econtra. nam odium et displicentia est respectu mali absolute considerata sicut amor et complacentia sunt respectu boni absolute apprehensi. tristicia autem est respectu mali presentis sicut delectatio respectu boni presentis. ¶ Ad 9^m negatur h^or. nam delectatio perficit operationem per modum finis. ut ostendit sanctus Thomas. prima 2^e q. 33. arti. 4°. Si autem amor perficiat operationem hoc erit mediante delectatione. uel si immediate hoc erit per modum principii actiui ut probat sanctus Thomas prima 2^e. q. 28. arti. 6°. ubi probat quod omne agens quodcumque sit illud agit omnem actionem ex aliquo amore. et sic patet quod non est simile de amore et delectatione. unde proprie loquendo amor non perficit operationem. sed ipsam potius elicit. delectatio autem proprie perficit. ¶ Ad 10^m dicitur quod h^or est falsa. aliter enim differt dilectio a delectatione quam via ab obiecto in potentiam et via a potentia ad obiectum. differunt enim potius sicut differt levitas a quiete in locum sursum sicut prius dictum fuit. verumtamen utraque est motus quidem appetitus ab appetibili. ut ostendit sanctus Thomas prima 2^e. q. 31. arti. primo. ad 2^m ubi dicit. Licet delectatio sit quedam quies appetitus considerata presentia obiecti delectantis quod appetitui satisfacit. tamen adhuc remanet immutatio appetitus ab appetibili ratione cuius delectatio quidam motus est. Idem ponit de amore. q. 26. arti. 2. ad 3^m ubi sic ait. Amor et si non nominet motum appetitus tendentem in appetibile nominat tamen motum appetitus quo immutatur ab appetibili ut ei appetibile complaceat. hec ille. Ex quo patet quod tam amor quam delectatio est immutatio appetitus ab appetibili. et neutrum dicit viam appetitus ad appetibile ut argumentum assumit. ¶ Ad 11^m dicitur conformiter ad ea que dicebantur ad 4^m. aliter enim unit delectatio cum delectabili quam dilectio cum dilecto unde proprie loquendo delectatio non est causa unionis sed effectus. amor autem est causa et effectus unionis. Unde sanctus Thomas prima 2^e. q. 28. arti. primo ad 2^m dicit. Unio tripliciter se habet ad amorem. quedam enim unio est causa amoris. et hec quidem est unio substantialis quantum ad amorem quo quis se amat. quantum vero ad amorem quo amat alia est unio similitudinis. Quedam vero unio est essentialiter ipse amor. et hec est unio secundum coaptationem affectionis. que quidem assimilatur unioni substantiali inquantum amans se habet ad amatum in amore quidem amicitie ut ad seipsum. in amore autem concupiscentie ut ad aliquid sui. Quedam vero unio est amoris effectus. et hec est unio realis quam amans habet de re amata. et hec quidem unio est secundum convenientiam amoris. ut enim philosophus refert 2° politice aristophanes dixit quod amantes desiderarent ex ambobus fieri unum. sed quia ex hoc accideret ambos aut alterum corrumpi querunt unionem que convenit et decet. ut scilicet simul conversentur et colloquantur et in aliis huiusmodi coniungantur. hec ille. ¶ Ad 12^m negatur a^or quo ad primam partem nec valet probatio. falsum enim est quod omne velle sit dilectio sed solum velle illud est dilectio uel amor quod respicit bonum absolute non ut presens uel ut habendum. Similiter patet ex dictis in 2^a conclusione quod non omnis actus voluntatis est velle uel nolle. quia velle solum est respectu finis si proprie sumatur. ¶ Ad 13^m negatur h^or. ad probationem dicitur quod complacentia dicitur esse quies voluntatis non formaliter sed causaliter. quia scilicet illud in quo complacemus per amorem causat quietem voluntatis uel est natum causare quietem que est delectatio iuxta illud. Cum adest quod diligitur ut delectationem secum gerat necesse est. unde illa auctoritas exponenda est illo modo quo dictum est de illa que adducta est hoc loco. ¶ Ad 14^m negatur a^or. nec valet probatio. non enim

sequitur si appetitus sciendi sit aliqd de genere amoris [illegible] sed effectus amoris [illegible] intelligēdū ē q̄ oē velle est de genere amoris. s. uel essentialiter uel causaliter. ¶ Ad 15m negat a^or. non enī dicit Aug⁹ frui ē amare sed amore inherere. [illegible] q̄ frui [illegible] est inhesio [illegible] quies cō sequēs amorē sicut effect⁹ suā causam. ¶ Ad pmū [illegible] 4am ōnē negat vtraq₃ premissarū. a^or quidē. nam circūstantia nō semp est relatio. imo pōt esse aliqs actus aut substantia aut qualitas. Circūstantia enī actus non aliud est q̄ꝫ conditio que est extra substātiā actus humani attingens tñ actū aliquo mō siue illud sit locus siue sit temp⁹ aut agēs aut finis zc. ut declarat sanctus Tho. pma 2e q. 7. p totū. et 4. sen. dis. 16. q. 3. arti. p. b^or etiā est falsa. nō enī intētio finis est circūstantia nisi equiuoce sumatur intētio p fine intēto. ille enī est quādoq₃ circūstātia. ut dicitur pma 2e. q. 3. arti. 3. ad 3m. vbi sic dicit. Finis q [illegible] actui non est circūstantia actus. sed aliqs finis adiunctus. sicut q̄ fortis fortiter agat ppt bonū fortitudinis nō est circūstantia. sed si fortis agat ppt liberationē ciuitatis uel populi xpiani. hec ille. Idē 4. sen. vbi supra. Et de malo. q. 2. arti. 6. posito etiā q̄ intentio finis esset circūstātia. cū hstaret q̄ erit actus z qd absolutū z nō relatio ut dictū est. Nec valet qd dicit arguēs q̄ li cui⁹ grā solū dicat habitudinē uel relationē. imo dicit actum appetit⁹ scꝫ amorē cū ordine qdā. sicut est intētio ut supi⁹ patuit. ¶ Ad 2m dicit q̄ intentio z electio nō sūt idem actus [illegible]. Unde sanctus Tho. pma 2e q. 12. arti. 4. ad 3m dicit. Motus volūtatis inq̄tū fert i illud qd est ad finē put ordinat ad finē est electio. Motus aūt voluntatis qui fert ad finem fm q̄ acquirit per ea que sunt ad finē vocat intentio. cuius signū ē. qr intentio finis pōt esse nondū determinatis his que sunt ad finem quorū est electio. hec ille. Ex quo patet q̄ cū intētio possit esse nondū determinatis illis que sunt ad finem respectu quorum est electio q̄ intentio possit esse nondum existente electione. nam electio nō est de aliq nisi facta determinatiōe z sentētia de eligendis. nā fm sctm Thomā pma 2e. q. 13. arti. 2. Electio est hacceptio vni⁹ respectu alteri⁹ [illegible]. Et arti. 3. dicit. q̄ electio sequit sniam uel iudiciū qd est sicut ōclusio in syllogismo operabilium. hec ille. Ex quibus apparet q̄ electio quandoq₃ sequitur intentionē ac per hoc non sunt idem actus. conceditur tamen q̄ per vtrūq₃ illorū volūtas tendit tam in finem q̄ꝫ in ea que sunt ad finem. Sed electio incipit ab illis que sunt ad finem. [illegible] autem a fine ut exemplificat sanctus Thomas pma 2e. q. 12. arti. 4. cōparans istos duos act⁹ ascensui z descensui. ¶ Ad 3m negatur h^or. nō enim intentio est relatio sed actus voluntatis consequēs actum intellectus referentis z ordinātis. ut expressum fuit in 4a ōne. ¶ Sed ōtra hoc qd supponit in solutione argumentorū. s. q̄ eodem actu voluntas quandoq₃ feratur in finem z in illud quod est ad finem. arguit Gregori⁹ multipliciter. pmo sic. Si aliquis vult finem actualiter z aliqd propter finē [illegible] volitio finis est causa volitionis eius quod est ad finem. ergo nullo actu quo appetit illud quod est ad finem propter finem appetitur ipse finis. ōña ē clara. quia nihil est causa sui. añs patet quia nihil aliud est a esse volitum propter b q̄ꝫ a esse volitum quia b est volitū. hoc vo non ē aliud i nobis q̄ꝫ volitionē ipsius b esse causam volitionis ipsius a. ¶ Confirmatur. quia omne propter quod aliud est volitum est causa finalis illius. causa autem finalis fm phm vbicunq₃ de ipsa loquit est cuius gratia. seu qd tm valet. cuius amore aliqd fit. ergo illud propter qd aliud est volitū est cuius amore aliud est volitū. Et sic amor finis est causa amoris eius quod est ad finē. nō tamē in eodē genere cause. qr amor finis nō est causa finalis amoris eius quod est ad finē. sꝫ potius effectiua partialis tamen. eius autē obiectum est causa finalis obiecti amoris cuius ipse est causa effectiua. ¶ Confirmatur 2o quia sicut ōclusio dicit nota esse propter principia. ita quod est ad finem dicitur volitum propter finem. sed ideo precise ōclusio dicitur esse nota ppter principiū. quia noticia principij dicitur esse causa noticie ōnis. alioquin non plus ipsa esset cognita propter principiū q̄ꝫ ecōuerso. igitur. z ideo quod est ad finē dicitur volitū propter finē. quia volitio finis est causa volitionis eius quod est ad finē. ¶ Confirmatur 3o quia cū dicitur a est volitum propter b. nō solū significat vtrūq₃ esse volitum. nam tunc similiter potest dici q̄ b est volitum propter a. sed vltra hoc denotat aliqua causalitas ipsius b super volitionē ipsius a qualis nō denotatur nec cōpetit ipsi a super volitionem eandem. vñ non dicitur q̄ a sit volitū propter a sicut dicitur q̄ est volitū propter b. non apparet aūt q̄ causalitas denotetur illi cōuenire. nisi quia eius volitio ē causa volitionis a. vnde sicut dicebat non est aliud dictu a est volitum propter b. nisi q̄ a est volitū quia b est volitum. ¶ 2o si eodem actu quo appetitur illud quod est ad finē propter finem appetitur etiam finis. sequit q̄ quādocūq₃ qs appetit actualiter aliquid propter finem appetit actu ipsum finē. Et vlteri⁹ sequit q̄ si ppter multos fines subordinatos appetat illud. sic actualiter appetat illos. ōñs est falsū sicut probat experientia. multotiens enim appetit quis aliqd propter multos fines de quibus actualiter non cogitat. z per ōñs quos non vult actualiter. ōña nota est. quia omne illud cuius volitio est i appetitu est actualiter volitū. nec oppositum est intelligibile. cū non sit aliud esse volitum aliqua volitione q̄ꝫ illam volitionē esse volitionem eius. nec [illegible] sit alia significatio vtriusq₃ dicti vna infert aliam z vnum dictum aliud. ¶ 3o sic. Aliquis volens actualiter finem z etiam aliqd propter finem potest desinere velle finem non desinendo velle illud quod est ad finem. ergo non eadem volitione vult finem qua vult illud quod est ad finem. añs patet. in quotidiana experientia. frequēter enim accidit q̄ quis orat uel aliqd aliud facit ppter deū actualiter amās

deum ⁊ postea desinis cogitare actualiter de deo. continuans orationem suam actuali attentione circa eam. añs ꝓbaẗ. quia cum aliquid desinit esse a nobis volitũ desinit in nobis esse volitio eius. imo nec aliqua eius volitio remanet ĩ nobis. alias illud remaneret volitũ. ergo volitio eius qđ est ad finem nõ est volitio etiã ipsiꝰ finis. Si dicat ꝙ in illo casu licȝ finis desinat esse volitus. nõ tamen desinit volitio eius. hoc nõ valet. tũ ꝓ qꝛ si stante volitione finis. põt finis non esse volitus. ⁊ ipsa põt esse nõ volitio eius. eadẽ rõne ipsa manente poterit nõ eẽ volitum illud qđ ẽ ad finẽ. ⁊ sic ipsa poterit eẽ ⁊ nulliꝰ esse volitio ⁊ iterũ ipsa poterit esse volitio finis tm̃. ⁊ volitio eiꝰ qđ ẽ ad finẽ tm̃. ⁊ iterũ volitio vtriusqȝ ⁊ ꝑ ꝯñs aliquis poterit de nouo velle prius q̃ȝ nõ voluit. ⁊ ecõtra nõ velle prius q̃ȝ voluit absqȝ vlla mutatione sue volũtatis qđ est contra Augᵐ 5° de trinitate ca° vlti. ⁊ certe hoc nõ videẗ possibile naturaliter. tum 2° quia tunc periret ois via ꝓbandi volitionẽ nostrã eẽ aliã rem a volũtate nr̃a. ⁊ sic posset dici ꝙ voluntas nr̃a est sua volitio. sicut dicimꝰ de volũtate diuina. qđ est ꝯ cõem doctrinam sanctorũ ⁊ phoꝝ. ¶ 4° Si aliquis actus voluntatis extñs circa illud qđ est ad finẽ esset etiam circa finẽ. eadẽ rõne ⁊ quilibet. cum nõ sit potior ratio ꝓ vno q̃ȝ ꝓ alio. ⁊ si sic sequiẗ vlteriꝰ ꝙ idem actus numero est velle ⁊ nolle qđ est absurdũ. ꝯña patet. qꝛ quis põt nolle furari ꝓpter deũ seu odire furtũ ꝓpter deũ. Si ergo talis nolitio est etiam dei aut est nolitio dei aut volitio dei. nõ primũ qꝛ tunc esset odiũ dei. ⁊ sic quicũqȝ nollet furari ꝓpter deũ odiret deũ. ⁊ per ꝯñs peccaret. qđ est falsum. ergo ẽ volitio dei. ⁊ sic idem actꝰ erit volitio ⁊ nolitio. falsitas ꝯñtis patet. qꝛ pari rõne idem actus posset esse gaudiũ de vno ⁊ tristicia de alio. ⁊ desideriũ vnius ⁊ timor de alio imo idem actus posset esse metꝰ desideriũ gaudiũ tristicia respectu diuersoꝝ. ⁊ iterũ multo plus idẽ actꝰ posset esse volitio huiꝰ ⁊ illiꝰ ⁊ cuiuslibet. ⁊ tãdẽ cõcludiẗ ꝙ in homine respectu cuiuslibet volibilis uel nolibilis sufficiet vnꝰ actus numero. Sicut deꝰ vnico velle vult quicqđ vult. sȝ ꝓ certo hoc nõ põt concedi nisi absurde. ¶ 5° arguiẗ ꝑ Augᵐ xi° de trinitate ca° 6° vbi vult expresse. ꝙ qui vult videre cicatricẽ ut ĩde doceat vulnꝰ fuisse. alio actu vult videre cicatricẽ. ⁊ alio actu vult illud ad qđ ordinat visionẽ. ⁊ idem dicit de illo qui vult stare ĩ fenestra ut inde videat transeũtes. Ex quibus concludit ꝙ quãdocũqȝ aliqs vult aliqđ ꝓpter aliud. alia volitione vult primũ. ⁊ alia volitione vult secũdũ. ¶ Ad primum istorum negatur añs. nec valet probatio. non enim idem est dictu. a est volitũ ꝓpter b. ⁊ a est volitum qꝛ b est volitũ. ad hunc sensum quẽ ponit arguẽs. s. ꝙ volitio b est cã effectiua volitiõis a. Sȝ ꝯcediẗ ꝙ idem est dictu a est volitũ ꝓpt b. ⁊ ꝙ a est volitũ qꝛ b est volitũ. ad hũc sensũ ꝙ b est causa ⁊ ratio ꝙ a sit volitũ. sicut color est causa ꝙ substantia videatur. non tamen visio coloris est causa visionis substantie sic ꝙ sint due visiones. vna respectu coloris precise. ⁊ alia subiecti precise. ⁊ hunc sensũ aperit sanctꝰ Thomas de veritate. q. 22. arti. vltimo. ⁊ expressiꝰ ꝑma 2ᵉ q. 12. arti. 4° vbi sic ait. Motus volũtatis in finem. ⁊ in illud quod est ad finem potest ꝯsiderari dupliciẗ. Uno modo ſm ꝙ voluntas fertur in vtrũqȝ absolute ⁊ ſm se. ⁊ sic sunt simpliciter duo motus voluntatis in vtrũqȝ. Alio mõ põt cõsiderari ſm quod volũtas fertur in id quod ẽ ad finem propter finem. ⁊ sic vnus ⁊ idem subiecto motus est voluntatis tẽdens in finẽ ⁊ in illud qđ est ad finem. cum enim dico volo medicinam propter sanitatem. nõ designo nisi vnum motum voluntatis. Cuius ratio est quia finis est ratio volendi illud quod est ad finem. idem autem actus cadit sup obiectum ⁊ super rationẽ obiecti. sicut eadem visio ẽ coloris ⁊ luminis. ⁊ simile est de intellectu qui si absolute principiũ ⁊ ꝯnem consideret diuersa est consideratio vtriusqȝ. in hoc autem ꝙ ꝯni propter ꝑncipia assentit est vnus actus tm̃ intellectus. hec ille in forma. ¶ Ad primam confirmationẽ dicitur eodem modo. non enim sequitur: amore finis est volitum illud quod est ad finem. ergo non eodem actu quis vult vtrũqȝ. quia finis potest esse volitus dupliciter. vno modo absolute. ⁊ tale velle est causa amoris aut volitionis eius quod est ad finem. est postea volitus alio velle quo attingiẗ finis ⁊ illud qđ ẽ ad finem. ⁊ talis amor finis nõ est causa amoris eius quod est ad finem. sed finis est ratio ꝙ illud quod ẽ ad finem tali volitiõe sit volitũ. sicut color ẽ causa ꝙ lapis videaẗ. ¶ Ad 2ᵃᵐ confirmationẽ negaẗ hoc. nõ enĩ ideo ꝯ diciẗ nota propter principiũ. qꝛ noticia huiꝰ est causa noticie alterius. sȝ qꝛ principiũ est ratio cognoscendi ꝯnem. dato etiam ꝙ noticia ꝑncipij absolute sumpti sit causa noticie ꝯnis. cum hoc stat ꝙ eodem actu potest vtrũqȝ cognosci. sicut dictum est de duplici volitione finis. ¶ Ad 3ᵃᵐ confirmationem dicitur. ꝙ cum dicitur a est volitum propter b. non denotatur causalitas b super volitionem a. sed denotatur ꝙ b est ratio ꝙ a sit volitum. ista autem duo multum differunt ut dictum est. ¶ Ad 2ᵐ argumentũ dicitur concedẽdo ꝯñam ⁊ ꝯñs. ⁊ ad iprobationẽ ꝯñtis dico ut priꝰ ꝙ respectu finis potest haberi duplex volitio ⁊ similiter respectu eiꝰ qđ est ad finem. ⁊ ideo quãdoqȝ volitio finis dicitur esse causa volitionis eius quod ẽ ad finem. ⁊ quandoqȝ non ut prius patuit. Similiter dico in proposito ꝙ licȝ aliquis possit velle illud quod est ad finem. ut est quedã res volitione causata a volitione finis. ut est res quedam. ⁊ nõ velle actualiter finem. imo non cogitando pro tunc de fine. tamen impossibile est ꝙ quis velit illud quod ẽ ad finem ꝓpter finem inq̃ꝫtũ hoꝰ. quin eodem actu velit finẽ. ⁊ qn actu cogitet de fine nec aliqua experiẽtia ostẽdit oppositũ. licȝ expiamur hñ aliquã volitionem eius quod ẽ ad finem. ut est quedã res manere in nobis sine actuali ꝯsideratiõe finis. talis tñ volitio nõ dr̃ eẽ eiꝰ qđ ẽ ad finẽ ꝓpt finẽ actualiẗ sȝ volitio eius qđ est ad finem causata ex desiderio

finis. et ideo est volitum propter finem virtualiter. ¶ Ad 3m dicitur quod añs est falsum. Dico enim quod licet aliquis desinat velle finem actualiter. qui tamen non desinat velle illud quod est ad finem. tamen illa volitio eius quod est ad finem remanens post desitionem non est volitio eius quod est ad finem propter finem. sed ut est res quedam licet illa volitio causata fuerit ex volitione finis. vtrumque enim talium pot dupplici volitione esse volitum et cum desinit esse volitum vna volitione. incipit esse volitum alia preterea illud quod est ad finem quod primo erat volitum propter finem qui actualiter considerabatur de fine. et postea est volitum secundum ut quedam res cessante consideratione finis. ¶ Ad 4m conceditur quod idem actus pot esse velle respectu vnius. et nolle respectu alterius. et negatur ñña. qua infertur quod pari ratione idem actus posset esse timor desiderium gaudium tristicia respectu diversorum. uel quod esset volitio cuiuslibet volibilis. et causa est. quia licet aliquis actus possit ferri super duo obiecta quorum vnum se habet ut materiale. aliud ut formale. et ideo vnum est ratio alteri quod attingatur a tali actu sicut exemplificatum fuit de colore et substantia: de principio et ñne: de fine et de illo quod est ad finem. non tamen est aliquis possibilis dari cadens super duo obiecta quantumcumque vnum sit formale et aliud materiale. ita quod respectu vnius sit desiderium et gaudium. et respectu alterius sit timor et tristicia. quia actum habere tales duas habitudines quales dicunt gaudium et desiderium uel timor et tristicia implicat contradictionem cum tales rationes repugnent. et consimiliter repugnaret alia combinatio qua diceretur quod idem actus respectu vnius obiecti esset timor et desiderium uel timor et gaudium. cum timor sit de futuro malo. tristicia de presenti malo. gaudium de presenti bono. Similiter non omnia obiecta sic se habent quod vnum sit ratio volendi omnia alia. et sic non sequitur quod eodem actu quis possit velle omnia volibilia distincte et in peculiari ¶ Ad 5m respondet sanctus Thomas prima 2e q. vbi d. quod Augustinus loquitur de volitione eius quod est ad finem ut est res quedam et non ut ordinatur in finem. ¶ Ad argumenta contra quartam conclusionem dicitur quod solum concludunt contra opinionem Durandi ponentis quod principale et primarium obiectum fruitionis vie uel patrie est ipsa visio beatifica. sed non concludunt contra sanctum Thomam ponentem quod eodem actu fruitionis beatus fruitur deo tamquam vltimo fine. et illa visione beatifica inquantum est habitio illius finis et consecutio eiusdem et est vltimus finis formalis et summum bonum formale creature. quelibet enim delectatio habet pro obiecto non solum rem dilectam quinimo aliquam operationem aut coniunctionem boni delectabilis ad se uel ad amicum. De primo quidem dicit sanctus Thomas prima 2e q. 32. arti. p. ad primum. Ipsa obiecta operationum non sunt delectabilia nisi inquantum coniunguntur nobis uel per cognitionem solam sicut cum delectamur in consideratione uel inspectione aliquorum uel quocumque alio modo simul cum cognitione. sicut cum aliquis delectatur in hoc quod cognoscit se habere quodcumque bonum puta divitias uel honorem aut huiusmodi. que quidem non essent delectabilia nisi inquantum apprehenderentur ut habita. Ut enim dicit phs 2 politice. magnam delectationem habet putare aliquid sibi proprium. que procedit ex naturali amore alicuius ad seipsum. habere autem hoc nihil aliud est quam vti eis uel posse vti. et hoc est per aliquam operationem. Unde manifestum est quod omnis delectatio in operationem reducitur sicut in causam. hec ille. Item ibidem in responsione principali sic dicit. Ad delectationem duo requiruntur. s. consecutio boni convenientis et cognitio huius adeptionis. vtrumque autem horum in quadam operatione consistit. nam actualis cognitio quedam operatio est. similiter autem bonum conveniens adipiscimur aliqua operatione. ipsa enim operatio propria est quoddam bonum conveniens. vnde oportet quod omnis delectatio aliquam operationem sequatur. hec ille. Et hoc est de primo. s. quod delectatio aspicit bonum dilectum et coniunctionem eius ad diligentem. Quod autem quandoque delectatio aspiciat coniunctionem boni ad alium. s. ad amicum patet per eundem in 2a 2e q. 28. arti. p. vbi dicit quod gaudium ex amore causatur uel propter presentiam boni amati. uel etiam propter hoc quod ipsi bono amato proprium bonum inest et conservatur. et hoc secundum magistrum pertinet ad amorem benivolentie per quam aliquis gaudet de amico prospere se habente etiam si sit absens. hec ille. Et prima 2e. q. 32. arti. 5o. ponit quod de operatione huiusmodi bonis aliorum gaudemus inquantum existimamus ut bona nostra propter vim amoris que facit existimare amicum quasi eundem sibi. Et ut dicit ibidem ad primum. bona opera aliorum licet non sint nobis coniuncta secundum rem tamen sunt nobis coniuncta per affectionem. Ex quibus omnibus patet quod nunquam gaudet aliquis aut delectatur de aliquo bono nisi inquantum illud est coniunctum sibi uel amico suo quem reputat quasi eundem sibi. et per ñña omnis fruitio habet pro obiecto non solum bonum amatum. sed etiam habitionem illius uel coniunctionem. quod etiam patet ex predictis superius vbi dicebatur quod bonum conveniens absolute sumptum. non est obiectum delectationis. sed ut presens aliquo modo. ¶ Tunc ad primum contra quartam ñnem concedo quod nullus actus voluntatis inhereat alicui actui propter seipsum nec etiam ipsi beatifice visioni. secundum enim quod dicit sanctus Thomas 4o sen. dis. 49. q. i. arti. p. questiuncula 2a. quando res habet extra se finem tunc oportet quod finis interior ad exteriorem ordinetur. ut sic exterior finis sit quasi finis vltimus. et finis interior que est operatio sit ad illum ordinatus. hec ille. Ex quo patet quod visio beatifica cum ordinetur ad deum non est inherendum illi propter se. et consimiliter concedimus quod non est diligenda propter seipsam ut principale obiectum nec fruendum ea ut vltimo fine simpliciter. sed non sequitur quin sit fruendum ea ut est habitio obiecti fruibilis et vltimi simpliciter finis. ita quod fruitio cadat super obiectum et visionem obiecti et totale obiectum sit vtrumque finis. s. finis intra et finis extra. licet in obiecto illo principale sit deus. minus principale visio dei. nam sine illa impossibile est perfecte frui deo. ita quod est conditio obiecti perfecte delectationis reddens ipsum perfectissime quietativum non ex parte obiecti. sed ex parte potentie que summo bono non aliter perfecte coniungitur. Obiectum ergo principale fruitionis est deus ipse. visio autem eius est conditio obiecti fruibilis. et super vtrumque cadit fruitio sed principaliter et primario supra deum. consequenter super beatificam visionem. ¶ Ad 2m dicitur quod 4a est intelligenda de obiecto fruitionis primario. cuiusmodi est solus deus.

nō autē de obiecto fruitionis secundario qḋ est q̄si circūstantia uel conditio obiecti fruibilis. s. habitio dei per beatificam visionem. In tali fruibili nō po/nit spes a fruente nec ponit̄ in eo finis leticie sic̄ in fine p se z seorsum volito vltimate. sed sicut in ha/bitiōe rei sperate vltimate. uel poti⁹ in illa simul po/nitur spes cū deo. ¶ Ad 3ᵐ dicit̄ q̄ nulla creatura ē fruibilis tā q̄ p̄ncipale obiectū fruitionis. sed nihil ꝓhibet creaturā esse fruibilē tan q̄ aliquid reqsitū sicut cōditio obiecti fruitionis mō p̄dicto. nō quidē requisita ex pte dei: sed ex pte potentie. cū sine vi/sione obiectū non est sūme quietatiuū aut delecta/bile. licz i se deus sit sūme delectabilis p̄sertim sibi. in quo nō differt obiectū z visio obiecti. z ita esset in nobis si deus posset esse nostra beatitudo formalis tunc eni fruitio btīfica solum caderet supra deū. q2 ibi nō differret bonū z habitio boni sicut nūc. ¶ Ad 4ᵐ sīliter aᵒʳ est vera si itelligat̄ de principali z pri/mario fruitionis obiecto. aliter intellecta nō conce/ditur. ¶ Ad 5ᵐ dicit̄ q̄ tam fruitio vie q̄ patrie in deo principaliter ꝯsistit. sed secūdario ꝯsistit in habi/tiōe dei sine qua de⁹ nō habet rōnē obiecti fruitiōis perfecte. ¶ Ad 6ᵐ dicit̄ q̄ in patria erit duplex de/lectatio uel gaudiū de deo. ut dictū est in solutione tertij ꝯ tertiā ꝯnē. ꝓrima erit de deo ut est habit⁹ a fruente. Secūda ē de deo in se z de bono qḋ habet Que illaꝝ autē sit potior dicendū videt̄ q̄ delecta/tio que est de bono diuino in se ꝯsiderato est melior in genere laudabiliū. Un̄ sanctus Tho. 2ᵃ 2ᵉ. q. 28. arti. p̄. ad 3ᵐ dicit. De deo pōt eē spirituale gaudiū duplex. vno mō s̄m q̄ gaudemus de bono diuino i se considerato. alio mō s̄m q̄ gaudem⁹ de bono di/uino ꝓut a nobis pticipat̄. ꝓrimū aūt gaudium est melius z procedit p̄ncipaliter ex charitate. Sed se/cundū gaudiū ꝓcedit etiā ex spe p quā expectam⁹ diuini boni pfruitionē. hec ille. In visione etiā p̄n/cipali dicit primū gaudiū maxime ptinere ad amo/rē beniuolētie p quē aliquis gaudet de amico ꝓ ipse se habente: etiā si sit absens. Ex quo patet q̄ primū gaudiū qḋ. s. habet̄ de deo gaudendo q2 ipse habet tale z tātū bonū est laudabili⁹. z ita intelligit sanct⁹ Tho. verba predicta dicendo illud esse meli⁹ z ma/gis ptinere ad amorē beniuolentie. gaudiū s̄o qḋ habet̄ de deo ut viso videt̄ esse meli⁹ in genere bo/norabiliū z in genere premij z btītudinis. tum q2 ta/le gaudiū immediate pficit essentialē btītudinē. s. vi/sionē beatificā sicut decor pficit iuuentutē nō aūt aliud. tum quia illud est perfecta quies omniū desi/deriorū p̄cedentiū non autē aliud gaudiū. q2 illud habetur in via. licz nō eque intensū aut perfectum vbi tñ semp restat sitis. tum q2 istud gaudiū de sui rōne non cōpatitur imperfectionē aut miseriā uel viam. ¶ Ad 7ᵐ dicit̄ q̄ aᵒʳ habet veritate loquen/do de fruibili principaliter z directe volito vltima/mate nō autē de fruibili p cōcomitantiā z cōrequi/sitionē cuiusmodi ē visio btīfica. ¶ Ad p̄mū Gre/gorij ꝯtra qntā ꝯnē dico q̄ aliquā volitionē esse di/stincte volitionē sui pōt dupliciter intelligi. ꝓrimo

modo q̄ sit volitio sui z non alterius z isto modo nō cōcedit̄. alio⁹ q2 est volitio alicui⁹ obiecti principa/liter. z nihilomin⁹ sui. non autē alterius volitionis. z sic conceditur q̄ aliqua nolitio est volitio sui. s3 nō so/lum nec p̄ncipaliter sicut in ꝓposito. ¶ Tunc ad 2ᵐ dico q̄ in ꝓposito nolitio causat̄ a noticia sui distin/cta. z cū infert̄ q̄ nulla distincta noticia causat ob/iectū suū. falsum est ut patet generaliter in artifici/alib⁹ vbi forma artificialis p̄concepta est causa do/mus. Si dicatur q̄ arguens itelligit de noticia in/tuitiua. dico q̄ vocando noticiā intuitiuā noticiam rei in se. de nulla re insensibili cuiusmodi est visio uł volitio habem⁹ in via noticiā intuitiuā. In p̄ria s̄o noticia intuitiua respectu creature non causatur a creatura cognita. sed per influxū sp̄ēꝝ. uel i verbo z sic non habet̄ q̄ noticia intuitiua sp causetur a re. dico etiā q̄ ad distincte volendū volitionē nō opor/tet illā intuitiue videri nec ad cognoscēdū illo mō distincte quo dictū est oportet illā distincte cogno/sci sic q̄ tali cognitione solū illa volitio cognoscat̄. sed sufficit ut cognoscat̄ sub rōne volitiōis talis ob/iecti. ¶ Ad 2ᵐ dicitur q̄ sicut aliqua volitio ē distin/cta volitio sui. ita eodē mō distinctionis aliqua no/litio pōt esse distincta nolitio sui nō q̄ solū sit nolitio sui ut principaliter. s3 alteri⁹ obiecti principaliter: z sui secundario. Et ad improbationē ꝯn̄tis dico q̄ non oportet q̄ quelibet nolitio sit nolitio sui sic̄ nec quelibet volitio ē volitio sui. s3 sicut tunc volitio est volitio sui. cū volitio habet obiectū aliqḋ principa/le qḋ est rō volendi se z alia ordinata ad ipsū. ita illa nolitio solū potest esse distincte nolitio sui que prin/cipaliter habet aliqḋ obiectū qḋ est rō nolendi se z ordinata ad illud. Exemplū primi est de⁹: exemplū secundi miseria uł hōi. ¶ Ad 3ᵐ dico q̄ Aug⁹ loquit̄ de volitiōe obiecti qḋ nō obijcit̄ ut rō volendi aliud a se nec ē volitū i alio. secus ē de volitione quā vo/lumus ꝓpter obiectū principale. illa eni est volita i alio. z ideo ꝯcedit̄ Aug⁹ q̄ ōis distincta volitio ha/bet obiectū aliud a se. licz possit eē cum hoc volitio sui secundario. Ad Anselmū ꝯcedit̄ q̄ volitio nu/meratur s̄m numeꝝ obiectoꝝ p̄ncipaliter volitoꝝ non autē aliter. ¶ Ad p̄mū ꝯtra 6ᵐ ꝯnē dicit̄ q̄ pa/catio z quietatio non ē de eēntia btītudinis. s3 ꝯse/quēs ad eā. vn̄ sanct⁹ Tho. p̄ma 2ᵉ q. 3. arti. 4. facit sīle argumētū huic. Arguit eni. Btītudo hominis in pace consistit s̄m Augᵐ. 19. de ciui. dei. s3 pax ad voluntatē ptinet. igitur. zc̄. Ecce q̄ istud argumē/tum sentētialit̄ sīle ē argumēto de quo nunc ē s̄mo vbi dicit̄ q̄ btītudo ē pfecta quietatio z sacietas. z ideo visa solutione h⁹ videt̄ solutio alterius. dicit ḡ sic sanct⁹ Tho. ꝑax pertinet ad vltimū finē hōis non quasi eēntialit̄ sit ipsa btītudo. s3 q2 anteceden/ter z ꝯn̄ter se habet ad eā. antecedenter quidē in q̄tū iam remota sunt oīa pturbantia z ipedientia a fine vltimo. ꝯn̄ter s̄o in q̄tum homo adepto vltimo fine remanet pacat⁹ suo desiderio quietato. hec ille. Ex q̄h⁹ patet q̄ pax aut quietatio uel sacietas nō [illegible] eēntialit̄ btītudo. s3 p̄uia ad btītudinē uł ꝯsequētia

ad illam. Sm enim q ipse dicit. q. 4. arti. 3. necesse
est ista tria ad beatitudinē cōcurrere. s. visionē q̄ est
perfecta cognitio itelligibilis finis. & delectationē
uel fruitionē que importat quietationē amantis in
amato & cōphēsionē q̄ iportat pñtiā finis. Questiōe
autē 3. arti. 4. dicit. Ad beatitudinē duo requirūt.
vnū quod est esse btitudinis. aliud qd est q̄si per se
accidēs eius. s. delectatio ei adiuncta. Essentia eni
beatitudinis consistit in intellectu. sed ad volunta-
te pertinet delectatio cōsequens btitudinē. ¶ Ad 2m dī
q def. cit in duobus. Primo quia videt falsū sup-
ponere. s. q esse naturale hois sit vna totalitas re-
sultans ex materia & forma. qd falsum est. qz eē ho-
minis & esse aie intellectiue cum sit subsistēs ē vnū
& idem. ut patet pma 2e. q. 4. arti. 5. Et ideo non pl9
esse totus hois resultat ex duob9 q̄z eē aie rōnalis
imo aia rationalis recedens a corpore secū fert eē
qd erat p pri9 tot9 cōpositi. secus de aliis formis q̄
nō subsistunt. 2. deficit. quia dato q non loquatur
de esse naturali hois sed de eius essentia. non opor-
tet q si illa resultet ex duobus. essentia btitudinis
resultet ex duobus. qz btitudo respicit principalit &
directe aiam que est forma simplex & non cōpositū
resultans ex aia & corpe. q̄z aliquādo tñ redundet
i corp9 sm Augm i epla ad Dioscor. & recitat scūs
Tho. pma 2e. q. 4. arti. 6. Tam potēti ingt natura
deus fecit aiam ut ex ei9 plenissima btitudine redū-
det in inferiorē naturā incorruptionis vigor. ¶ Ad
3m dico q pfectissima vnio aie ad obiectū btificū &
econtra nō est de eēntia btitudinis. qz talis vnio cō-
sistit i duplici actu. s. intellect9 & voluntatis. de eēn-
tia eni beatitudinis est solū illa vnio qua aia attin-
git deū in se. hoc autē est p actū intellectus & non p
actū voluntatis. Conceditur tñ q vtraq vnio perti-
net ad beatitudinē. Unio quidē p actum intellect9
est essentialiter btitudo qz p illam capit de9 ut pre-
miū. Sed vnio p actū voluntatis est cōsequens ad
btitudinē & pficiēs pmā vnionē. Multa eni requi-
runt ad beatitudinē que nō sunt de essentia btitu-
dinis. Nam sm scm Tho. pma 2e. q. 4. arti. 6. Per-
fectio corpis requirit ad btitudinē hois oimode p-
fectā non tñ est de essentia beatitudinis. Sic in pposito
videt dicendū de vnione aie ad deū p actū volun-
tatis. ¶ Ad 4m dicit q si esset possibile q aia vide-
ret deū & non delectaret aut diligeret eū. tūc i illo
casu aia haberet in se essentiam btitudinis comple-
tā q̄tū ad suam spēm. nō tamē q̄tū ad illa que bti-
tudinis eēntiā cōsequunt & eam pficiunt accidētalit
vnde sanct9 Tho. pma 2e. q. 33. arti. 4. dicit. Dele-
ctatio pficit opationē p modū finis. nō quidē sm q
finis dicit illud ppter qd aliquid est. sz sm q omne
bonū cōpletiue supueniens pōt dici finis. & sm hoc
dicit phs. 10. ethicor. q delectatio pficit opationē
sicut quidā finis supueniens in q̄tū sup hoc bonum
qd ē opatio supuenit aliud bonū qd est delectatio q̄
iportat quietationē appetit9 i bono psupposito. hec
ille. Item 3. contra gentiles ca. 24. ostēdit quō de-
lectatio pficit opationē q̄ ē btitudo dicēs. Aliquid

est pfectio alicuius dupliciter. Uno9 ut habētis iam
speciē. alio9 ut pfectio ad speciē habendā. sicut pfe-
ctio dom9 sm q iam habet speciē est illud ad qd spe-
cies domus ordinat. s. habitatio. non eni dom9 fie-
ret nisi ppter hoc. Unde & in diffinitiōe dom9 opor-
tet hoc poni si debeat diffinitio esse perfecta. pfe-
ctio vo ad spēm domus est tam illud qd ordinat ad
speciē cōstituēdā. sicut principaliter essentialia. q̄
q̄z illud qd ordinat ad spēi conseruationē. sicut pro-
piacula que fiūt ad sustētationē domus q̄z illa q̄ fa-
ciunt ad hoc q vsus dom9 sit cōueniētior. sicut pul-
chritudo dom9. delectatio autem est pfectio opera-
tionis cōsimilis pfectioni ordinate ad speciē rei. nam
ppter delectationē attenti9 & decenti9 circa opera-
tionē insistimus in q̄ delectamur. hec ille. Ex quib9
patet quō delectatio btifica pficit opationē. s. visio-
nē beatificā eodē modo quo pulchritudo pficit do-
mū & decor iuuentutē que est perfectio accidētalis
non faciēs ad h q res sit. sz ut cōuenientior sit. ideo
dato illo casu quē ponit arguens. si tñ sit possibilis
de quo non curo pro nūc. talis de q̄ loquit eēt btūs
q̄tū ad ea que essentialiter beatitudo cōcernit. nō
autē esset pfecte beat9 quia deficeret ei perfectio
btitudinē cōsequēs & eā pficiēs ac decorās. Et pma
2e. q. 4. arti. 2. ad pmū. Delectatio est pfectio q̄dā
cōcomitans visionē. nō sicut pfectio faciēs visionē
in specie sua pfectā. ¶ Ad 5m negat hoc. & ad primā
pbationē dicit q beatus nō refert visionē ad aliū
actum. non eni vult videre deum ut cōplaceat. nec
propter aliquid aliud q̄z ppter deum. qz. s. visio dei
ē habitio vltimi finis. Unde scūs Tho. pma 2e. q. 4.
arti. 2. ad 3m. Charitas inquit nō querit bonum dile-
ctū ppt delectationē. sz h fit ei cōsequēs ut delectet
i bono adepto qd amat. & sic delectatio nō rndet ei
ut finis. sz magis visio p quā pmo finis ei fit pns. Et
ibidē dicit. voluntas inquit non querit bonū ppter
quietationē. sz iō q̄rit q quietet i opatiōe: qz opatio
est bonū eius. ¶ 3. etiā cōtra gentiles ca. 24. ostēdit q si-
cut in ordine nature delectatio est ppt operationē
qz opatio est bonum eius. ita in recto ordine volun-
tatis & aliarū rerū. Item 4. sen. dis. 49. q. 3. arti. 4.
questiuncula 3. sic ait. Felicitas & delectatio ei q̄
cōsequēs nō sunt cōsideranda quasi duo bona. sz q̄
vnū bonū. sicut eni ex pfectione & pfectibili fit vna
res pfecta. ita ex delectatiōe & opatiōe fit vna ope-
ratio pfecta. Quid aūt bonū sit ppter alterū eligē-
dum. vtrum. s. delectatio ppt opationē vel econuerso
phs in solutū reliquit. Sed tamen sm rei vitate vi-
detur dicendū q delectatio ad opationē ordinet si-
cut ad finē. sicut & pfectiōes secūde non sunt ppter
aliud nisi ppter sua pfectibilia pficiēda. Est aūt de-
lectatio quedā pfectio operatiōi supueniēs ut de-
cor iuuentuti. vnde delectatio ad opationē ordina-
tur. Sic ergo pprie loquendo nulla delectatio est
optimū sed aliq delectatio est aliqd optimi. hec ille.
¶ Ad 2m pbatione minoris principaliter intēte di-
citur q tam visio q̄z gaudiū de bono diuino in sē co-
siderato fertur imediate in deum. veruntamen gau-

dũ illud habet cur quodãmõ non aũt illo mõ visio. ⁊ ideo dicimus: gaudeo de bono dei ꝓpter se. non aũt dicim⁹ video hoc ꝓpter hoc. quia cũ obiectum voluntatis sit finis uel ea que sunt ad finem inq̃tũ hꝰ. omnis actus voluntatis habet cur quod querit de fine qui ẽ ratio diligendi. secus est de actibus intellectus. Sciendũ tamẽ ꝙ visio beatifica non habet cur proprie loquẽdo sic ꝙ possit queri a beato: cur vis videre deum. similiter nec gaudiũ illud de quo loquimur. vñ scũs Tho. 4°. sen. dis. 49. q. 3. arti. 4° ad 3ᵐ sic ait. De illis ordinatis ad finem consueuimus querere ꝓpter quid fiant que fini non sunt coniuncta. de his vero que fini cõiuncta sunt talis questio nõ fit. q꞉ statim apparet ea esse appetibilia. ⁊ q꞉ delectatio est coniuncta operationi perfecte q̃ est finis. ideo nõ ꝯsueuit queri ꝓpter quid aliqs velit delectari. Et ꝓterea delectatio dicit ꝗetationẽ appetit⁹ in aliquo. vnde querere. quare aliquis velit delectari est idem qđ querere quare velit appetitum suum quietari. qđ idem est ac si quererẽt. q̃re aliquis velit finem volũtatis cõsequi. licꝫ aũt aliq̃ operatio sit finis. tamẽ operatio de suo nomine nõ importat rationem finis uel quietationem in fine. ⁊ inde est ꝙ magis querim⁹ ꝓpter quid vis operari q̃ꝫ ꝓpter quid vis delectari. hec ille. Patet igitur ꝙ cũ visio beatifica sit finis non est querendũ a beato cur velit videre. similiter cum illud gaudiũ sit coniunctum fini. non est querendũ cur velit gaudere. ⁊ ideo nullus illorum actuũ habet cur proprie. tamẽ quilibet eoꝝ potest ordinari in deũ ⁊ diligi propter deum. quia finis intra ordinatur ad finem extra. ⁊ tamẽ visio ad nullum aliũ actũ ordinatur. sed omnis actus volũtatis ordinatur aliquo modo ad actũ visiõis sicͭ ꝑfectio secunda ad primã. licꝫ enim beatus nõ referat obiectum gaudij ad visionem ita ꝙ gaudeat de deo ꝓpter visionem. tamen ipse refert gaudiũ ad visionem ita ꝙ vult hꝰ ꝓpter illud tanq̃ꝫ perfectionem secũdam ꝓpter ꝑmam ⁊ tanq̃ꝫ aliqd requisitum ad bene esse beatitudinis ꝓpter beatitudinẽ. Nec ex hoc sequitur ꝙ diligat deũ amore cõcupiscentie ꝑncipaliter. sed ꝙ gaudium illud diligit amore ꝯcupiscentie. q꞉ vult illud inesse sue felicitati ⁊ cõcomitari eĩ. Scd̃m eñ ꝙ dicit scũs Tho. ꝑma 2ᵉ. q. 4. arti. ꝑ. quadrupliciẽ requirit aliqd ad btitudinẽ scꝫ uel sicut preambulũ ⁊ preparatorium ad eam. 2° modo sicut ꝑficiens essentialiter eam. 3° modo sicut adiuuans. 4° modo sicut concomitans. Primo modo rectitudo volũtatis requiritur ad beatitudinem. 2° modo visio beatifica. 3° modo societas sanctorum quodãmodo requiritur ad beatitudinem ut ipse dicit ibidẽ arti. 8°. Uel perfectio corporis que facit ad bene eẽ beatitudinis. ut ipse dicit ibidẽ arti. 5°. 4° modo requirit delectatio ꝯsequẽs visionem que prius dicta est. Et similiter dico ꝙ gaudium de bono diuino in se cõsiderato requirit ad beatitudinẽ ꝑmo modo. sicut ⁊ amor dei perfectus ut ipse dicit articulis. ꝑ et 4°. Sciendũ ꝙ aliẽ põt dici ad predicta ꝙ visio beatifica potest dupliciter cõsiderari. Uno modo ex parte obiecti inq̃tũ est habitio vltimi finis ꝑma ⁊ precipua coniũcta ipsi deo sic ꝙ simul sumatur illa visio ⁊ de⁹. ⁊ sic omnis operatio creature rationalis ordinaẽ ad visionem beatificam sicut ad deum. non enim sunt duo fines vltimi deus ⁊ sua visio: sicut dicit ꝑma 2ᵉ. q. xj. arti. 3° ad 3ᵐ vbi dicitur sic. Finis dicitur dupliciter scꝫ ipsa res. ⁊ adeptio rei. que quidem non sunt duo fines. sed vnus finis in se cõsideratus ⁊ alteri applicatus. de⁹ aũt est vltim⁹ finis sicut res que vltimo queriẽ. beatitudo aũt causata est adeptio huius finis. hec ibi finaliter. 2° modo potest considerari beatitudo inq̃ꝫtum est quedã qualitas ⁊ quedã creatura: ⁊ quoddam accñs creature. ⁊ sic cõsideraẽ ex parte subiecti. ⁊ sic diciẽ ꝙ amor dei uel charitas uł gaudium de deo nõ ordinãtur in illã visionem: ⁊ sic intelliguntur ꝑdicta. ¶ Ad 6ᵐ negaẽ aᵒʳ. non enim oportet ꝙ in illo cõsistat essentialiter beatitudo qđ perfectius vnit hoiem deo uel decẽtius. sed sufficit ꝙ tale vnitiuũ sit perfectio ꝯsequẽs beatitudinem essentialem. hꝰ autem est actus volũtatis. vñ scũs Tho. 4°. sen. d. s. 49. q. 1. arti. 1. q̃stiuncula 2ᵃ. ad 5ᵐ sic ait. Per affectum inquit perfectius coniũgitur homo deo q̃ꝫ per intellectum: inq̃ꝫtum cõiunctio que est per affectũ. supuenit perfecte cõiunctioni que ẽ per intellectum ꝑficiẽs ⁊ decorans eam. sed tamen oportet ꝙ ꝑma coniũctio sit per intellectũ. hec ille. Tunc ad probationem maioris diciẽ ꝙ beatitudo cõsistit in maiori bono ẜm se. non aũt in maiori bono in ordine ad rationẽ rectam uel quid extrinsecum. actus aũt intellect⁹ est ẜm se melior ⁊ nobilior act⁹ q̃ꝫ actus volũtatis. vnde dico ꝙ inter actus volũtatis ille dicitur melior. ⁊ decentior qui est recte ratiõi ꝯformior sicut oñdit scũs Tho. ꝑma 2ᵉ. q. 19. arti. 3°. Sed loquẽdo de actibus in generali nõ oportet ꝙ actus suã bonitatem uel melioritatem recipiat ex cõformitate ad rectam rõnem nisi solum act⁹ qui est alterius potentie q̃ꝫ intellectus. sed ille act⁹ dicitur melior qui habet melius obiectũ ceteris paribus. actus aũt intellectus habet nobilius obiectũ q̃ꝫ act⁹ volũtatis ẜm ꝙ probat scũs Tho. ꝑma 2ᵉ. q. 66. arti. 3°. Obiectum inquit rõnis nobili⁹ est q̃ꝫ obiectũ appetitus. ratio eñ apprehẽdit aliquid in vniuersali. sed appetitus tẽdit in res que habẽt eẽ particulare. ⁊ sic patet ꝙ maioris probatio non procedit. Nec illud quod diciẽ de virtuoso iuuat ĩ ꝓposito ut patet per distinctionem factam de bonitate actuũ. ¶ Ad 7ᵐ diciẽ ꝙ non ẽ simile de cognitione vie ⁊ patrie. nam in via de⁹ non capiẽ ab intellectu obiectiue ꝑ essentiã suam. sꝫ solũ per aliquã speciẽ que imperfecte repſentat deũ. ⁊ ideo de⁹ nobilior est in seipso q̃ꝫ in intellectu viatoꝝ. sꝫ in pṗria essentia diuina non per speciẽ videbiẽ. sed ipsa imediate vniẽ intellectui beato ut forma itelligibilis: ⁊ ideo idem eẽ habebit in intellectu ⁊ in seipsa. ac ꝑ hoc nõ nobiliori modo attingeẽ a voluntate q̃ꝫ recipieẽ in intellectu. ⁊ ꝯñter actus volũtatis erit min⁹ nobilis q̃ꝫ actus intellectus. nam ꝑ actũ intellectus anima

recipiet in se diuinã perfectionẽ. per actum autem volũtatis tẽdet in eã. multo potiꝰ aũt est habere in se pfectionẽ dei ꝗ̃ tẽdere in eã: ut dicit scũs Tho. de veritate. q. 22. arti. xj. vbi sic dicit. Perfectio ꝛ nobilitas intellectꝰ ꝛ eius actus in hoc ꝯsistit ꝙ species rei intellecte in ipso intellectu cõsistat cũ ſm hᷓ intelligat actu: in quo tota eius dignitas ꝯsideratᷣ: nobilitas aũt voluntatis ꝛ actus eiꝰ consistit in hᷓ ꝙ eia ordinatur ad aliquã rem nobilem ſm esse quod res illa habet in seipsa. pfectius aũt est simpliciter ꝛ absolute loquẽdo hr̃e in se nobilitatẽ alterius rei ꝗ̃ ad rem nobilẽ cõparari extra se existentem. hec ille. Ex quo patet ꝙ cũ p actum intellectus qui ẽ beatifica visio habeatᷣ deꝰ a vidente ꝛ sit intra videntẽ per essentiã non solum per similitudinem. non autẽ per actũ volũtatis. sed solũ cõparetᷣ ꝛ tẽdat in deũ quasi extra se positum. saltem volũtas nõ capit diuinã perfectionẽ intra se. sequitᷣ ꝙ visio beatifica est absolute ꝛ simpliciter nobilioꝛ quolibet actu volũtatis. ¶ Ad 8ᵐ negatur hoc. siue enim bonũ intellectus sit ens siue verum semp habet nobilissimum obiectum ꝗ̃ volũtas cuius obiectũ est bonũ. vnde scũs Tho. pma pte. q. 82. arti. 3º. dicit sic. Obiectũ intellectus est ipsa ratio boni appetibilis. bonũ autem appetibile cuius ratio ẽ ĩ intellectu est obiectũ volũtatis. quãto autẽ aliqd est simplicius ꝛ abstractius tãto est ſm se nobilius ꝛ altius. ꝛ ideo obiectũ intellectus est altius ꝗ̃ obiectũ volũtatis. cũ ergo propria ratio potentie sit ſm ordinem ad obiectum sequitur ꝙ ſm se ꝛ simpliciter intellectus sit altioꝛ ꝛ nobilioꝛ volũtate. hec ille. Ista aũt ratio eadem ẽ cũ illa quã assignat pma 2ᵉ. q. 66. quã in solutiõe ad 6ᵐ recitaui. quia scʒ intellectꝰ fertur ĩ ipsam quiditatem rei. non aũt volũtas: sed in indiuiduum illius cum feratᷣ in rem ſm esse quod habet in se. ¶ Ad 9ᵐ dicitur sicut ad 7ᵐ. ¶ Ad decimũ dr̃ ꝙ in via charitas est nobilioꝛ quocũꝗ̃ habitu anime. ꝛ actus eius preeminet cuilibet actui cuiuscũꝗ̃ potẽtie. ſʒ si loquamur de patria tunc dicitᷣ ꝙ aliquis habitus intellectus est nobilioꝛ charitate scʒ lumen glorie. ꝛ hᷓ in attingẽdo obiectum. non aũt mouendo. vñ scũs Tho. pma 2ᵉ. q. 3. arti. 4º. arguit sic. Si beatitudo ẽ aliqua operatio oportet ꝙ sit nobilissima operatio hominis. sed nobilioꝛ operatio est dilectio dei que ẽ actus volũtatis ꝗ̃ cognitio que est operatio ĩtellectus ut patet per aplm̃. j. Corĩ. 13º. ergo videtur ꝙ beatitudo ꝯsistat ĩ actu volũtatis. Ecce argumẽtũ suũ. Et rñdet: dicendũ inquit ꝙ dilectio preeminet cognitioni in mouendo. sed cognitio est preuia dilectioni in attingẽdo. non enĩ diligitᷣ nisi cognitum ut dicit Augꝰ. 9. de trinitate. ꝛ ideo finem intelligibilẽ primo attingimꝰ per actũ intellectus sicut ꝛ finem sensibilem pmo attingimꝰ per actionem sensus. hec ille. Item 4º. sen. dis. 49. q. j. arti. pᵒ questiuncula 2ª. ad 3ᵐ sic dicit. Charitas que pro tanto dicitᷣ esse altioꝛ virtus ceteris que sũt in via quia ipsa est que ordinat omnes alias ĩ deũ. ipsa est etiã cuius erit in patria vltima quietatio in deo. hoc tñ non dat ei ꝙ actus eiꝰ sit ipsa substãtia beatitudinis. sed inclinatio quedam in ipsam. sicut in statu vie. uel quietatio in ipsa sicut in statu patrie. hec ille. ¶ Ad vndecimũ dicitᷣ negãdo minorem. intellectꝰ est enim nobilioꝛ potẽtia ꝗ̃ volũtas ut pbatũ ẽ in rñsiõe ad 7ᵐ. Et ad primã pbationẽ que est per dictũ Anselmi dico ꝙ ideo volũtas dicitᷣ domina in toto regno anime quia preeminet ceteris potentijs in mouendo per modũ cause efficientis. ꝛ eodem modo intelligitᷣ dictũ pri dicẽtis ꝙ appetitus determinat indifferentiam rõ ꝛ ex eadẽ causa dicitᷣ bonꝰ aliquis pp̃ter bonã volũtatem qꝛ scʒ mouet omnes alias potẽtias anime ad bonũ p modũ efficiẽtis. ꝛ hãc cãm assignat scũs Tho. pma pte. q. 5. arti. 4. Et de virtutibꝰ. q. j. arti. 7º. ad primũ argumẽtũ ꝛ in multis alijs locis. sed ex nullo istoꝝ sequitᷣ volũtatem eẽ nobiliorem intellectu. vnde scũs Tho. 3º. ꝯtra gentiles. caº. 24. rñdẽdo ad vnam consimilẽ rõnem sic ait. Qꝛ aũt qñta rõ pponit voluntatem esse altiorem intellectu. q̃si eiꝰ motiuum. falsũ esse manifestũ est. nam pmo ꝛ per se intellectꝰ mouet volũtatem. voluntas enim inꝗ̃tũ hꝰ mouetᷣ a suo obiecto quod ẽ bonũ apprehensũ. voluntas aũt mouet intellectũ q̃si per accidens inꝗ̃tum scʒ ipsum intelligere apprehẽditur ut bonũ ꝛ sic desideratᷣ a volũtate. Ex quo sequitur ꝙ intellectus actu intelligit ꝛ in hᷓ ipso voluntatẽ precedit nunꝗ̃ enim volũtas desideraret ĩtelligere nisi priꝰ intellectus ipsũ intelligere apprehenderet ut bonũ ꝛ iterum volũtas mouet intellectũ ad operandum in actu p modũ quo agens dicitᷣ mouere. intellectꝰ aũt volũtatem p modum quo finis mouet. Nã bonum intellectũ est finis volũtatis. agens aũt est posterioꝛ in mouendo ꝗ̃ finis. nam agens non mouet nisi pp̃ter finem. vnde apparet intellectũ simpliciᷣ esse altiorem volũtate. volũtatem vero p accñs intellectu. hec ille. Ad 12ᵐ dicitᷣ sicut ad 3ᵐ et 6ᵐ dictũ fuit. illa enĩ imersio ꝛ penetratio nihil ẽ in respectu ad receptionẽ diuine pfectionis q̃ fit per actũ intellectus quo diuina eẽntia intellectui nr̃o vnitᷣ ut intelligibilis forma ſm ꝙ ponit scũs Tho. pma parte q. 12. arti. 2º. ad 3ᵐ. ꝛ 4º. sen. dis. 49. q. 2. arti. pᵒ q̃stiuncula pma. ꝛ de vẽitate. q. 8. arti. pᵒ. Et 3º. ꝯtra gẽtiles caº. 51º. et. 52º. ¶ Ad 13ᵐ rñdet scũs Tho. pma pte. q. 82. arti. 3º. ad 2ᵐ vbi sic ait. Illud quod ẽ prius ĩ generatione ꝛ tempore solũ est impfectius. quia ĩ vno ꝛ eodẽ potentia precedit actũ ꝛ impfectio pfectum sed illud qđ est simpliciᷣ prius ꝛ ſm nature ordinem est pfectius. sic enim actus est prioꝛ potentia. ꝛ hoc modo intellectꝰ est prioꝛ volũtate sicut motiuũ mobili ꝛ actiuũ passiuo. bonũ enĩ intellectũ mouet voluntatẽ. hec ille. ¶ Ad 14ᵐ dicitᷣ ꝙ non oportet potentiam que est potioꝛ in merito per modum agentis ꝛ exequẽtis esse potiorem in premio per modũ primi attingentis. sed sufficit ꝙ obiectũ eius sit ipsa beatitudo. ꝛ ꝙ cõpleat perfectionem beatitudinis accidẽtalem. isto modo aũt se habet volũtas. vnde sicut ponit scũs Tho. 4º. sen. dis. 49. q. j. arti. pᵒ. questiuncula. j. Voluntati attribuitᷣ pma beatitudo ad

finem ſm ꝙ aſſecutionē finis appetit. ⁊ vltima ſm ꝙ in fine iam aſſecuto quietat̄ ⁊ h̄ ē ſatis rōnabile. q: meritū cōſiſtit in agere. premiū vero in recipere lic; etiā ſit ibi agere. ideo intellectus cuiꝰ ē recipere formas rerum potior eſt in premio. ¶ Ad 15m r̄ndet Heraldus de carmelo vbi ſ. dicendū inquit ꝙ illa ꝑpoſitio ſc; cuius oppoſitum eſt peius ipſum eſt meliꝰ. videtur habere multas inſtantias. nā auaricia eſt peius vitium q̄ȝ timiditas. q: peius eſt a bonis diſcedere propter bonū exterius q̄ȝ ꝑpter bonū corporis. ⁊ peius eſt ſubdi ꝑ appetitū bono exteriori q̄ȝ bono corporis. ⁊ t̄n liberalitas cui opponit̄ auaricia nō eſt melior virtus q̄ȝ fortitudo. ſed potiꝰ ecōuerſo. q: virtuoſius eſt ꝑſiſtere in bono virtutis vſq; ad mortē ſuſtinendo maximas penas q̄ȝ bn̄ ſe habere circa dationē ⁊ acceptionē rerū exteriorū. Itē ſuperbia eſt maximū viciorū utpote regina oīu; cuiꝰ ſūt duces capitalia vitia. ut patet ꝑ Gregoriū 16° moraliū ſup illud Job. Exhortationē ducū ⁊ vlulatū exercitꝰ. ⁊ t̄n humilitas nō eſt maxima virtutū imo ea meliores ſūt tres virtutes theologice fides ſpes charitas ⁊ alique morales: ſicut iuſticia ⁊ fortitudo ut coiter ponitur. Dato t̄n ꝙ illud aſſumptum ſit verū. ſ. qd̄ illud eſt meliꝰ cuius oppoſitū eſt peiꝰ. dici pōt ꝙ in propoſito nō pōt habere veritatē. Cuius rō eſt q: defectꝰ volūtatis includit defectū intellectꝰ ⁊ nō ſꝑ ecōtra. i talibꝰ aūt nec illa regula tenet de. 8. ethicorū. ſc; ꝙ peſſimū ē cōtrariū optimo nec etiā alia regula de 2° priorū in alia rōne uel cōfirmatione adducta. vnde coiter expoſitores in 2° priorū dicunt ꝙ illa regula non tenet in illis quorū vnū dependet ab alio. ⁊ ponūt exemplū de viuere ⁊ bene viuere. Nā bn̄ viuere ſupponit viuere ⁊ ab eo dependet utpote ſine quo eſſe nō pōt. Bene viuere autem melius eſt q̄ȝ viuere t̄m. ⁊ tamen male viuere ſaltem pro miſere viuere. nō eſt peius q̄ȝ nō viuere. quia non viuere tollit totam vitam. male autem viuere non totam tollit. ſ; abijcit aliquid de perfectiōe eius. hec ſunt verba eiꝰ ꝑ que r̄ndet ad 15m. Et ad cōfirmationē eius ⁊ inſup ad 16m gcqd ſit de reſpōſione iſta q̄ ſatis apparet ꝓbabilis videt̄ dicendū ad 15m. ꝙ bene ꝯcludit ꝙ charitas ſit optima virtus ⁊ optimus habitꝰ vie loquēdo de habitibus virtutū non includendo habitū qui eſt gratia. ſed h̄ cōceſſo nō habet̄ ꝙ voluntas ſit potentia nobilior intellectu ut patet in r̄ſione ad 7m. et. 10. ¶ Ad cōfirmationē dr̄ ꝙ regula ph̄i. 8. ethicorū tenet ſolū in moralibꝰ. lic; in eligendis ⁊ fugiendis moraliter. ut patet ꝑma 2e. q. 73. arti. 4. vbi oſtendit quō maxime virtuti opponit̄ maximū peccatū loquēdo de oppoſitiōe directa. nā loquendo de opoſitiōe indirecta minus pctm̄ opponit̄ maiori virtuti. nota ibi. Idē de malo. q. 2. arti. 10. Non autem in alijs generalit̄ tenet niſi facta additione illa quā dictꝰ doctor ponit. i ꝓpoſito autē videre ⁊ nō videre deū nō ſūt oppoſita moraliter. regula aūt ſecūdi priorū gloſet̄ modo ſupradicto. ¶ Ad 16m dicitur ſimiliter. ꝙ odire deū ⁊ diligere deū ſunt oppoſita. ⁊ virtꝰ ⁊ vitiū.

non tamē videre deū ⁊ non videre vel ignorare. ⁊ ideo regula nō oꝫ ꝙ teneat in talibꝰ coordinatōibꝰ oppoſitis. ut eni innuit ſcūs Thomas. ꝑma 2e q. 73 arti. 4°. tunc peſſimū opponit̄ optimo ⁊ ecōtra qn̄ malū habet ſuā fugibilitatē ꝑcipue ex obiecto oppoſito bono eligibili. ſ; quia odium dei habet totā ⁊ precipuam maliciam ex parte obiecti. ⁊ ſimiliter dilectio dei habet principaliter ſuā bonitatē ex obiecto ſuo ideo ibi peſſimo opponit̄ optimū. ſ; q: viſio diuina habet totā bonitatē ex obiecto. ignorantia aūt dei nō habet totā maliciā vl̄ fugibilitatē ex obiecto. ſed etiā ex circūſtātia ꝑſone que debet eū cognoſcere. ⁊ in hoc eſt tota ſua ꝑfectio iō nō oportet ꝙ nō videre vel nō cognoſcere deū ſit eque malū ſicut viſio beatifica eſt bona. ⁊ iſtud etiam latius declarat de malo vbi ſupra. ¶ Ad 17m dico ꝙ vltima ꝯn̄a non valet. ſ. ꝓmū eſt maxime ſm volūtatē ergo eſt actus volūtatis. ſed ſequit̄ ꝙ ſit eiꝰ obiectū Supra autem oſtenſum eſt ꝙ nullus actus voluntatis eſt potiſſimū eius obiectū imo actus alterius potentie. ut ē vnitiuus obiecto diuino. ¶ Ad argumenta 2° loco inducta ꝯ 6am ꝯnē reſpōdet̄. ⁊ ad primū quidē dicit̄ ꝙ in falſo fundat̄ ſupponens ꝙ aliquis actus voluntatis ſit beatitudo. Si eni intēdat ꝙ aliquis actꝰ voluntatis ꝑtineat ad beatitudinem lic; non eſſentialiter. concedit̄ ſibi. ⁊ tunc cum dicit ꝙ nullus eſt talis niſi actus cōplacētie: quā ipſe vocat delectationē. dicit̄ ꝙ multi actꝰ volūtatis pertinent ad beatitudinē. lic; nullus eorū ſit eſſentialiter beatitudo. ad beatitudinē eni exigit̄ diſpoſitiue ⁊ q̄ſi preambulariē amor finis vltimi. exigit̄ delectatio de deo habito quaſi decorās ⁊ ꝑficiens beatitudinē. exigit̄ delectatio de bono diuino in ſe cōſiderato quaſi cōcomitans btitudinē ⁊ faciens ad rectitudinē voluntatis: ut ſuperius dicebat̄. ¶ Ad 2m dicēdū ꝙ laudabilior actꝰ charitatis ē cōplacētia vel gaudiū de bono diuino in ſe cōſiderato. ſed honorabilior eſt delectatio que imediate ꝑficit btificā viſionē. ſc; gaudiū de deo habito qd̄ eſt fruitio btifica. ⁊ lic; vtrūq; gaudiū btitudinē ꝑficiat. tamē iſtud 2m eſt quietatiuū ſm rōnē ſue ſpēi ⁊ non aliud Btitudo eni ſm ph̄m ꝓ ethiꝛ nō eſt de numero laudabiliū. ſed potiꝰ de numero honorabiliū. ¶ Ad 3m negat̄ aᵒʳ. nō eni ille actus ē btificꝰ eēntialit̄ q̄ vltimate deꝰ attingit̄. ſ; quo ꝓ attingit̄ ꝑfecte ⁊ a q̄ alij habēt ꝙ ipſū ꝑfecte attingūt cuiuſmōi ē viſio diue eſſentie. hoc etiam includit multa falſa. ꝓmū. ſ. ꝙ btūs velit viſionē btificā ꝑpter gaudiū ꝯſequens habitū de deo. hoc eni falſū ē loquendo de actu viſionis ex ꝑte obiecti. ſic eni loquendo oīs aliꝰ actꝰ tā vie q̄ȝ patrie ordinat̄ ad viſionē illā ſicut ad finē interiorē quo habet̄ finis extra ſe cuiꝰ forte eſt loquēdo de viſiōe ex ꝑte ſubiecti btūs eā. ſic eni non appetit btūs placere i deo ut videat vl̄ ampliꝰ videat nec ordinat ad dilectionē dei beatificā viſionē. 2m falſum ē ꝙ illud gaudiū ſit vltimo expectatū a creatura rationali. hoc eni falſum eſt. nā nulꝰ actꝰ voluntatis habet rōnē vltimi finis. ¶ Ad 4m negatur

bo.¶ois enī actus preter btīficā visionē ordinaꝰ ī vi-
sionē btīficā sicut in finē. nō quidē ut ē bti sicut sub-
iecti sȝ ut est dei sicut obiecti. visio enī ꝛ deus nō sūt
duo fines ut supra dictū ē. sed vnus finis. qḋ sic in-
telligendū videꝰ. deꝰ enī ī se consideratꝰ ē finis ra-
tionalis creature sȝ ille finis nō applicaꝰ creature
rationali nisi ꝑ actū visionis. ideo sicut actꝰ humani
ordinanꝰ in deū sicut in finē gratia cuius. ita in visi-
onē sicut ī finē q̄. Illud aūt qḋ dicit arguēs de iter-
rogatiōe facta btō solutū est prius. Btūs enim non
vult gaudere de bono diuino ꝓpter visionē ſm se
sumptā. sed ut est applicatio finis ad aīam. ꝛ hoc est
gaudere ꝓpter deū visum ut visus ē. sic ꝙ replica-
tio importet applicationē finis ex ꝑte qua respicit
obiectū. ¶ Ad 5m dicitꝰ ꝙ doctores quos improbat
meliꝰ viderūt distinctionē de duplici delectatione
uel gaudio respectu dei q̄ꝫ iste credat. ut patuit s̄. ꝛ
ideo nō errauerūt ex ignorantia illiꝰ sicut iste som-
niauit. sed viderūt ꝙ nullꝰ actꝰ volūtatis est rō ꝑfe-
cte attingēdi deū. imo si ꝑfecte attingat hoc habet
ꝑ actum intellectꝰ. solus etiā actꝰ intellectꝰ est rō ca-
piendi diuinā ꝑfectionē sicuti est. actꝰ aūt volunta-
tis est rō nō capiendi. sed intrandi ī illā. iuxta illud:
Intra ī gaudiū domini tui. Et hec de questione di-
cta sufficiant.

Terciū iuxta distin-
ctionē eandē queritꝰ. Utrū vti sit
actus voluntatis. Et arguitur ꝙ
non. Nam ſm Augm p̄ de doctri-
na xp̄iana. vti est illud qḋ vene-
rit in vsum referre ad obtinendū aliud. sed referre
aliquid ad aliud ē rōnis cuius est cōferre ꝛ ordina-
re. ġ vti est actꝰ rōnis ꝛ nō volūtatis. In oppositum
arguitꝰ ꝑ Augm. 10. de trini. dicētē. Uti est cōsumere
aliqd ī facultatē volūtatis. In hac q̄stiōe erūt duo
articuli. ī p̄ ponētꝰ ꝯnes. in 2o mouebūtꝰ dubitatiōes.
¶ Quātū ad p̄mū articulū sit p̄ma ꝯ ꝙ vsus ē actꝰ
volūtatis. Istā ꝯnē ꝓbat sanctꝰ Tho. p̄ma 2e. q. 16.
arti. p̄ vbi sic ait. Usus alicuiꝰ rei īportat applicatio-
nē illiꝰ rei ad aliquā oꝑationē. vn̄ oꝑatio ad quā ap-
plicamus rem aliquā dꝛ vsus eius. sicut equitare
est vsus equi. ꝛ ꝑcutere vsus baculi. ad oꝑationem
aūt applicamꝰ ipsa p̄ncipia interiora agendi. s. ipsas
potentias aīe uel mēbra corꝑis ut intellectū ad in-
telligendū. ꝛ oculū ad vidēdū ꝛ etiā res exteriores
sicut baculū ad ꝑcutiendū. Sȝ manifestū est ꝙ res
exteriores non applicamꝰ ad aliquā oꝑationē nisi ꝑ
p̄ncipia intrinseca q̄ sunt potentie aīe aut habitꝰ po-
tentiarū aut organa sicut mēbra corporis. volūtas
aūt mouet potentias aīe ad suos actꝰ ꝛ hoc ē appli-
care eas ad operationē. Unde manifestū est ꝙ vti
p̄ ꝛ p̄ncipalitꝰ est volūtatis tāq̄ꝫ p̄mi mouētis. rōnis
aūt tāq̄ꝫ dirigētis. sed aliaꝝ potētiaꝝ tāq̄ꝫ exequē-
tiū qui operanꝰ ad volūtatē. a q̄ mouētꝰ uel appli-
canꝰ ad agendū sicut instrumēta ad p̄ncipale agēs
actio aūt ꝓprie nō attribuitꝰ instrumēto sȝ p̄ncipali
agēti. sicut edificatio edificatori ꝛ nō īstrumētis eiꝰ.

Un̄ manifestū est ꝙ vti ē ꝓprie actꝰ volūtatis. hec
ille. Sciendū enī ꝙ ſm Durandū differētia ē inter
vti ꝛ vsum. nā vsus noīat oꝑationē ad quā res ap-
plicaꝰ. sicut scindere ad qḋ applicaꝰ cultellꝰ ē vsus
cultelli. ꝛ videre est vsus oculi. sed vti est applica-
re rē suo vsui. Sic enim se videꝰ habere vti ad vsū
sicut mouere ad motū. mouere aūt est causare motū.
ġ vti est causare vsum. In hoc tn̄ ē differētia ꝙ mo-
uēs dꝛ causare motū siue moueat naturalitꝰ siue li-
bere. Sȝ vtens causat vsum solū libere. Et iō Du-
randꝰ ꝯcedit ꝛ bn̄ ꝙ vsus pōt esse subiectiue ī potē-
tia tā cognitiua q̄ꝫ appetitiua q̄ꝫ executiua. sed vti
solū ē ī volūtate subiectiue ꝛ ꝑ hoc meliꝰ itelligitꝰ di-
ctū sci Tho. s. ꝙ vti soluꝰ est volūtatis. sȝ vsus ē cu-
iuslibet potētie interdū licȝ p̄ncipalitꝰ attribuatꝰ vo-
luntati nō sꝑ sicut dico. sȝ sicut motꝰ uel actio vbicūq̄
sit subiectiue tn̄ p̄ncipalitꝰ attribuitꝰ motori. verūtn̄
scūs Tho. indifferentꝰ q̄nq̄ vtitꝰ vno ꝓ alio sicut pꝫ
in sequētibꝰ vocādo oēm vsum vti ꝛ ecōtra. ¶ 2a ꝯ
est ꝙ vsus ꝓprie sūptꝰ nō est nisi respectu eoꝝ que
sūt ad finē. Hāc ꝯnē ꝓbat ibidē arti. 3o. Uti inquit sic
dictū est importat applicationē alicuiꝰ ad aliqd. qḋ
aūt applicaꝰ ad aliqd se habet in rōne eiꝰ qḋ ē ad fi-
nē. ꝛ iō vti sꝑ est eoꝝ que sūt ad finē. ꝓpt qḋ ꝛ ea q̄
ad finē sūt accomoda ꝓprie dicūtꝰ vtilia. ꝛ ipsa vti-
litas interdū vsus noīatꝰ. Sȝ cōsiderandū est ꝙ vl-
timꝰ finis dꝛ dupliciꝰ. vnoo simpliciter alioo q̄ ad ali-
quid. cū enī finis q̄nq̄ dicatꝰ res q̄nq̄ autē adeptio
rei uel possessio eius. sicut auaro finis est pecunia
uel possessio pecunie. manifestum est ꝙ simpliciter
loquēdo vltimꝰ finis ē ipsa res. nō enī possessio pe-
cunie ē bona nisi ꝑ bonū pecunie. Sȝ q̄ ad hūc pecu-
nie adeptio est finis vltimꝰ. nō enī q̄reret auarꝰ pe-
cuniā nisi ut haberet eā. ġ simplicitꝰ loquēdo ꝛ ꝓprie
pecunia hōis aliquis fruitꝰ q̄ in ea vltimū finē cōsti-
tuit. sed inq̄ꝫtū refert eā ad possessionē dicitꝰ ea vti
hec ille. ¶ 3a ꝯ est. ꝙ electio est actꝰ voluntatis. Istā
ꝓbat scūs Tho. p̄ma 2e. q. 13. arti. p̄. In noīe inquit
electiōis importaꝰ aliqd ꝑtinēs ad itellectū ꝛ aliqd
ꝑtinens ad voluntatē. Dicit enī phūs 6o ethie. ꝙ ele-
ctio est appetitꝰ itellectiuꝰ uel appetitiuꝰ itellectus.
q̄ncūq̄ aūt duo ꝯcurrūt ad aliqd vnū ꝯstituendū
vnū eoꝝ est formale respectu alteriꝰ. Unde Gre-
goriꝰ nicenꝰ dicit ꝙ electio neq̄ est appetitꝰ ſm se
ipsam neq̄ ꝯsiliū solū sed ex his aliqd cōpositū. sic
enī dicimꝰ aīal ex aīa ꝛ corꝑe cōpositū eē. neq̄ ꝯo
corꝑꝰ eē ſm seipsū neq̄ aīam solā sȝ vtrūq̄. ita ꝛ ele-
ctionē. Est aūt ꝯsiderādū ī actibꝰ aīe ꝙ actꝰ qui est
eēntialitꝰ vniꝰ potētie uel habitꝰ recipit formā ꝛ spe-
ciē a superiori potētia uel habitu ſm ꝙ ordinatꝰ infe-
riꝰ a superiori. Si enī aliqs actū exerceat fortitudinis
ꝓpter amorē dei. actus quidē ille materialitꝰ ē for-
titudinis formaliter ꝯo charitatis. Manifestū est
aūt ꝙ rō quodāmodo volūtatē ꝑcedit ꝛ ordinat
actū eiꝰ inq̄ꝫtū scȝ volūtas ī suū obiectū tendit ſm
ordinē rōnis eo ꝙ vis apprehensiua appetitiue suū
obiectū p̄ntat. Sic igitꝰ actꝰ ille quo voluntas tendit
in aliqd qḋ ꝓponitꝰ ut bonū ex eo ꝙ ꝑ rōnē est ordi-

nalē ad finē materialiter quidē est volūtatis. forma/
liter vero rōnis. In hoc aūt iuda act⁹ materialiter se ha/
bet ad ordinē q īponit a superiori potentia. τ ideo ele/
ctio substātialiter nō est act⁹ rōnis sed volūtatis. p̄fi/
cit enī electio in motu quodā aīe ad bonū qđ eligit.
vnde manifeste est act⁹ appetitiue potētie. hec ille.
¶ 4ª ꝯ est. ꝙ electio est respectu eoꝝ q̄ sunt ad finē.
Istā ꝓbat eadē q. arti. 3º. Electio inquit sequit sen/
tentiā uel iudiciū qđ est sicut ꝯ syllogismi operatiui
vnde illud cadit sub electiōe qđ se habet ut ꝯ in syl/
logismo opabiliū. Finis aūt in opabilibus se habet
ut principiū τ nō ut ꝯ ut dicitur 2º phi⁹. vnde finis
inq̄tū hō nō cadit sub electiōe. Sꝫ sicut in specula/
tiuis nihil ꝓhibet illud quod est vnius demōstratio
nis uel etiā scie pncipiū eē ꝯ nē alteri⁹ demonstra/
tiōis τ scie. ita ꝯtingit illud qđ est in vna opatiōe ut
finis ordinari ad aliud sicut ad finē. τ hō mō sub ele/
ctione cadit. sicut in opatione medici sanitas se ha/
bet ut finis. vnde hoc non cadit sub electiōe medici
sed hoc supponit tāq̄ principiū. sed sanitas corpis
ordinat ad bonū aīe. vnde apud eū q habet curam
de salute aīe pōt cadere sub electione esse sanū uel
esse infirmū. Nā aplus dicit. 2ª Cor. 12º. Cū aūt in/
firmor tunc fortior sum τ potēs. sꝫ vltim⁹ finis nul/
lo mō sub electiōe cadit. hec ille. ¶ 5ª ꝯ est. ꝙ ꝯsen/
sus est act⁹ volūtatis. Istā ponit. q. 15. arti. p. cōsen/
tire inquit īportat applicationē sensus ad aliqd. est
aūt ꝓpriū sensus ꝙ ē cognitiu⁹ rerū presentiū. vis
enī imaginatiua apphēsiua ē similitudinū corpaliū
etiā reb⁹ absentib⁹ qꝝ sūt silitudines. Intellect⁹ āt
apprehēsiu⁹ ē vniuersaliū rōnū quas pōt apprehē/
dere indifferent τ absentib⁹ τ p̄sentib⁹ singularib⁹.
τ qꝛ act⁹ appetitiue virtutis est quedā iclinatio i rē
ipsam fm quandā similitudinē. ipsa applicatio ap/
petitiue virtutis ad rē fm ꝙ ei iheret accipit nomē
sensus quasi expientiā quandā sumēs de re cui in/
heret inq̄tū cōplacet sibi in ea. Unde Sap. p̄ dicit
Sentite de dn̄o in bonitate. τ fm hoc cōsentire est
actus appetitiue virtutis. hec ille. Et arti. 2º. sic ait.
Consensus ꝓprie loquendo nō est in brutis aīalib⁹.
cui⁹ cā est qꝛ ꝯsensus īportat applicationē appetiti/
ui mot⁹ ad aliqd agendū. eius aūt est applicare ap/
petitiuū motū i cui⁹ ptāte ē mot⁹ appetitiu⁹. sic tan/
gere lapidē ꝯuenit quidē baculo. sed applicare ba/
culū ad tactū lapidis est ei⁹ q habet in ptāte moue/
re baculū. Bruta aūt aīalia nō hn̄t i sui ptāte motū
appetitiuū. sꝫ talis mot⁹ est in eis ex instinctu natu/
re. Un̄ brutū aīal appetit q̄dā sed nō applicat appe
titiuū motū ad aliqd. τ ꝓpter hō nō dr̄ ꝓprie ꝯsenti/
re sed solū nā rōnalis q̄ habet in sua ptāte motū ap
petitiuū τ pōt ipsum applicare uel nō applicare ad
hoc ul' ad illud. hec ille. Similiter arti. 4º. ad 2m ꝓbat
ꝙ ꝯsensus ptinet etiā in hoīe nō ad sensualitatē sed
ad voluntatē. Finalis inqt snia semp pertinet ad
eū q superior est ad quē ptinet de his iudicare. q̄diu
enī iudicādū est qđ ꝓponit. nōdū dat finalis sentē/
tia. Manifestū est aūt ꝙ superior rō est q̄ hꝫ de oībus
iudicare qꝛ de sensibilib⁹ p rōnē iudicamus. de his
vero q̄ ad rōnes humanas ptinēt iudicam⁹ fm rōnes
diuinas q̄ ptinent ad supiorē rōnē. τ ideo q̄diu in/
certū sit an fm rōnes dīnas resistat uel nō: nullū iu/
diciū rōnis hꝫ rōnē finalis snie. Finalis aūt snia est
cōsensus in actū. τ iō cōsensus in actū ptinet ad ra/
tionē supiorē fm tn̄ ꝙ in rōne volūtas icludit. hec
ille. Si aūt loquamur de cōsensu in delectationem
opis aut cogitatiōis ad quē appetitū ptineāt: Dicit
ibidē ad pmū ꝙ ꝯsensus i delectationē opis ptinēt
ad rōnē supiorē sicut cōsensus in opus. sed ꝯsensus
in delectationē cognitionis ptinet ad rōnē inferio/
rē sicut ad ipsam ptinet cogitare. τ tn̄ de hō ipso qđ ē
cogitare uel nō cogitare inq̄tū ꝯsiderat ut quedā
actio hꝫ iudiciū supior rō. τ siliter de electione ꝯse/
quēte. sꝫ inq̄tū accipit ut ad actionē aliā ordinata
sic ptinet ad inferiorē rōnē. qđ enī ad aliud ordinet
ad inferiorē artē uel potētiā ptinet q̄ finis ad quē
ordinat. nā ars q̄ est de fine archi⁹ᵃ seu principalis
vocat. hec ille. Ex quib⁹ patet ꝙ ꝯsensus non est in
intellectu nec sensualitate. sꝫ in sola volūtate. ¶ 6ª
ꝯ est ꝙ cōsensus nō est nisi eoꝝ q̄ sūt ad finē. Istam
ꝓbat ibidē arti. 3º dicens. Cōsensus noīat applica/
tionē mot⁹ appetitiui ad aliqd p̄existēs in ptāte appli/
cātis. In ordine aūt agibiliū p̄ quidē oportet sume/
re apprehēsionē finis: deinde cōsiliū de his que sūt
ad finē. τ deinde appetitū eoꝝ q̄ sunt ad finē. appe/
titus aūt in vltimū finē tēdit nāliter. vn̄ applicatio
appetitiui mot⁹ in finē apprehēsū nō hꝫ rōnē cōsen
sus sꝫ simplicis voluntatis. De his aūt q̄ sūt post vl/
timū inq̄tū sūt ad finē sub ꝯsilio cadūt τ sic pōt eē
de eis cōsensus inq̄tū mot⁹ appetitiu⁹ applicat ad
illud quod ex ꝯsilio iudicatū est. Mot⁹ vero appeti/
tiu⁹ in finē nō applicat cōsilio sꝫ magis ꝯsiliū ipsi. qꝛ
ꝯsiliū p̄supponit appetitū finis. sꝫ appetit⁹ eoꝝ que
sūt ad finē p̄supponit determinationē cōsilij. τ ideo
applicatio appetitiui mot⁹ ad detminationē cōsilij
ē ꝓprie cōsensus. vnde cū cōsiliū nō sit nisi de his q̄
sunt ad finē. ꝯsensus ꝓprie loquēdo, nō nisi de his
q̄ sunt ad finē. hec ille. ¶ 7ª ꝯ ē. ꝙ respectu eiusdē
obiecti potētie executiue vsus sp sequit electionē.
Istā ꝓbat scūs Tho. pma 2ᵉ q. 16. arti. 4º. dicēs. Uo
lūtas hꝫ duplicē habitudinē ad volitū. vna qdē fm
ꝙ volitū est quodāmō in volūtate p quādā ꝓpor/
tionē uel ordinē ad volitū. vnde τ res q̄ nāliter sunt
ꝓportionate ad aliquē finē. dicūt appetere illū fi/
nē nāliter. Sic aūt habere finē ē iperfecte habere
illū. Oē aūt impfectū tendit ad pfectionē. τ iō oīs
appetitus tā naturalis q̄ volūtari⁹ tendit ut habe/
at ipsū finē realiter qđ est pfecte habere ipsum. τ hec
est secunda habitudo voluntatis ad volitū. volitū
aūt nō solū est finis sꝫ illud qđ est ad finē. vltimū āt
qđ ptinet ad pmā habitudinem volūtatis respectu
ei⁹ qđ ē ad finē ē electio. Ibi enī cōplet ꝓportio vo/
luntatis ut cōplete velit illud qđ est ad finē. sꝫ vsus
iā ptinet ad habitudinē secūdā volūtatis qua tēdit
ad cōsequēdū rē volitā. Unde manifestū ē ꝙ vsus
sequit electionē. si tamē accipit vsus fm ꝙ volūtas
vtit potētia executiua mouēdo ipsā. sed qꝛ volūtas

quodãmodo mouet rõnẽ ⁊ vtit̃ ea. põt itelligi vsus ei⁹ qd̃ est ad finẽ. ſm ꝙ est i cõsideratiõe rõnis cõferentis ipsum i finẽ. ⁊ hoc mõ vsus p̄cedit electionẽ. hec ille. Et ibidẽ ad primũ. ipsã executionem precedit motio qua voluntas mouet ad exequendum sequit̃ aũt electionẽ ⁊ sic cũ vsus ptineat ad predictã motionẽ voluntatis mediũ est int̃ electionẽ ⁊ executionẽ. ¶ 8ª ꝯ. ꝙ electio quoq; differt realit̃ a consensu. quoq; solũ rõne. hanc ponit scũs Tho. p̄ma 2ᵉ q. 15. arti. 3. ad 3ᵐ dicẽs. Electio addit sup̄ ꝯsensum quãdã relationẽ respectu ei⁹ cui aliqd̃ p̄eligitur. ⁊ ideo post cõsensum adhuc remanet electio. põt etiã cõtingere ꝙ ꝑ cõsiliũ inueniant̃ plura ducentia ad finẽ quoꝝ dũ qd̃libet placet i qd̃libet eoꝝ cõsentit̃ sꝫ ex multis q̃ placẽt accipit̃ vnũ p̄eligẽdo. sed si inueniat̃ vnũ solũ qd̃ placeat nõ differt re cõsensus ⁊ electio. sꝫ rõne tm̃ ut cõsensus dicatur ſm ꝙ placet ad agendũ. electio aũt ſm ꝙ p̄fert̃ his q̃ nõ placẽt. hec ille. ¶ 9ª ꝯ est. ꝙ an̄ cõsensum p̄cedit ꝯsiliũ. ⁊ an̄ electionẽ p̄cedit cõsensus. ⁊ ante impiũ p̄cedit electio. ⁊ an̄ vsum p̄cedit impiũ. Ista eni se habent in quodã ordine si ad idẽ referant̃. de q̃ est ꝯsiliũ ⁊ electio ⁊ cetera. ꝙ p̄mũ ẽ ꝯsiliũ. 2ᵐ ꝯsensus. 3ᵐ electio. 4ᵐ impiũ. 5ᵐ vsus. Istã ꝯnẽ ponit sanct⁹ Thomas p̄ma 2ᵉ. Q eni ꝯsiliũ p̄cedat cõsensum patet ꝑ ipsũ q. 15. arti. 3º. vbi ponit ꝙ in ordine agibiliũ p̄ ẽ apprehẽsio finis. 2º appetit⁹ finis. 3º cõsiliũ de his q̃ sũt ad finẽ. 4º appetit⁹ eoꝝ q̃ sunt ad finẽ. ⁊ subdit ꝙ applicatio appetitiui mot⁹ ad determinationẽ consiliũ est ꝓprie cõsensus. Ex quo patet ꝙ ꝯsensus sequit̃ cõsiliũ. ꝙ aũt cõsensus p̄cedat electionẽ pꝫ ibidem ad 3ᵐ. vbi dicit ꝙ electio addit sup ꝯsiliũ quãdã relationẽ respectu ei⁹ cui aliqd̃ p̄eligit̃. ⁊ id̃ post ꝯsensum adhuc remanet electio. hec ille. Q aũt electio p̄cedat impiũ ⁊ impiũ p̄cedat vsum. ondit. q. 17. arti. 3º ad p̄mũ. dicẽs. Non oĩs actus voluntatis p̄cedit istũ actũ rõnis q est impiũ. sꝫ aliqs p̄cedit. s. electio ⁊ aliquis sequit̃. s. vsus. qꝛ post determinationẽ ꝯsilij q̃ est iudiciũ rõnis voluntas eligit ⁊ post electionẽ rõ impat ei ꝑ qd̃ habẽdũ uel agendũ est qd̃ eligitur ⁊ tũc demũ volũtas incipit vti exequẽdo imperiũ rõnis. qñq; quidẽ volũtas alteri⁹ cũ aliquis impat alteri. qñq; aũt volũtas impantis cũ aliquis impat sibi. hec ille. Et in rñsione p̄ncipali dicit ꝙ vsus ei⁹ qd̃ est ad finẽ ſm ꝙ est in rõne referẽte ipsum i finẽ p̄cedit electionẽ. vñ multo magis p̄cedit impiũ. sed vsus ei⁹ qd̃ est ad finẽ ſm ꝙ subditur potẽtie executiue sequit̃ impiũ eo ꝙ vsus vtentis ꝯiunctus ẽ cũ actu quo quis vtit̃. nõ enim vtit̃ quis baculo an̄q̃ aliquo mõ ꝑ baculũ operet̃. Impiũ aũt nõ est simul cum actu ei⁹ cui impat̃. sꝫ naturaliter pri⁹ est impiũ q̃ĩ impio obediat̃ ⁊ aliqñ est prius tẽpore. vnde manifestum est ꝙ impiũ est pri⁹ q̃ vsus. hec ille. Item p̄ma 2ᵉ q. 16. arti. 4. ad 3ᵐ. Electio p̄cedit vsum si referant̃ ad idem. nihil aũt ꝓhibet ꝙ vsus vnius precedat electionẽ alteri⁹. ⁊ qꝛ actus voluntatis reflectunt̃ supra seipsos. in quolibet actu volũtatis põt accipi cõsensus electio ⁊ vsus. ut si dicat̃ ꝙ voluntas cõsentit se eligere ⁊ cõsentit se consentire ⁊ vtit̃ se ad cõsentiendũ ⁊ eligendũ ⁊ sp isti actus ordinati ad illud qd̃ prius est sunt p̄ores. hec ille. Ex quibus patet ꝙ qñcũq; circa idẽ cõsiliamur ⁊ eligim⁹ ⁊ vtimur ⁊ impamus ⁊ cõsentim⁹ ꝙ illa quoq; habẽt ordinem supradictũ. licꝫ respectu diuersoꝝ obiectoꝝ illud qd̃ i vno ordine est prius. in alio sit posteri⁹. Ista eni quoq; pñt assignari respectu cuiuslibet qd̃ est ad finẽ. siue sit actus siue obiectũ. Si querat̃. quid est cõsiliũ. rñdet scũs Tho. p̄ma 2ᵉ. q. 14ª. ꝙ cõsiliũ est actus intellectus quo inquirit̃ de agendis a nobis mõ resolutorio. s. incipẽdo a fine i summo attẽto q̃usq; ꝑuenit̃ ad illud qd̃ statim agendũ est. Quid autẽ sit impare. rñdet ibidẽ. q. 17. arti. p̄. ꝙ imparare ẽ essentialiter actus rõnis quo intellect⁹ in virtute voluntatis mouet aliquã potentiã cũ quadã intimatione denũciatiua. vñ talis act⁹ explicat̃ ꝑ orationẽ imperatiui modi dicẽdo fac hoc. nõ eni voluntas impat sꝫ intellect⁹ mot⁹ a voluntate. qꝛ impare est ordinare aliquẽ ad agendũ. mõ ordinare e rõnis nõ voluntatis. Ex quib⁹ cõcludit̃ ꝙ circa illud qd̃ est ad finẽ voluntas habet tres actus. itellect⁹ aũt duos. tres p̄mi eligere cõsentire ⁊ vti. duo intellect⁹ ꝯsilium ⁊ impiũ. Et sic terminat̃ p̄m⁹ articulus.

Quantũ ad secundũ arguit̃ cõtra ꝯnes. ⁊ q̃dẽ ꝯ p̄mã arguit sic Aureolus. p̄sertĩ ꝯ h̃ qd̃ ibide dꝫ ꝙ vsus sumit̃ ab applicatione rei ad opationẽ. Arguit igit̃ ꝯ hoc p̄ sic. Oppositaꝝ differentiaꝝ opposite debẽt esse rõnes. ut patet de ꝯgregatiuo ⁊ disgregatiuo. rõnali ⁊ irrõnali. sed frui ⁊ vti sunt differẽtie diuisiue actuũ volũtatis. ut Aug⁹ innuit ⁊ mgr in lrã. rõ aũt fruitionis totaliter sistit intra voluntatẽ. dicit eni quietẽ volũtatis in aliq̊. ergo ⁊ vti totaliter sistet intra voluntatẽ dicendo rõnẽ oppositam queti voluntatis. hec aũt ratio opposita nõ est nisi voluntatẽ ferri transitorie sup aliqd non quiescendo in illo. ergo rõ vsus nõ sumit̃ ab applicatione rei ad opationẽ. sed magis ex transitoria latione super illud quod est ad finẽ non quiescendo in eo. ¶ 2º sic Si vsus sumeret̃ ab applicatiõe rei ad operationẽ illis rebus vti nõ posset quas applicare nõ valeret ad operationẽ. sed certũ est ꝙ voluntas nostra non potest applicare celũ aut angelos ad suam operationẽ. ⁊ tamẽ potest vti celo ⁊ angelis ⁊ omni creato ſm Augᵐ dum fertur super illa in quodã transitu ad deum. ergo vsus non sumitur ab applicatiõe rei ad operationẽ. sed magis ex transitoria latione sup eo quod est ad finem non quiescendo. ¶ 3º quia ratio quam sigt nomen est diffinitio sua 4º metaphisice. sed diffinitio vsus quam magister ponit in littera. ⁊ Aug⁹ p̄mo de doctrina xp̄iana. non facit mentionẽ de applicatiõe ad operationẽ. sed de relatione in finem nõ quiescendo in eo quod est ad finem. sed transitorie se habendo. sicut patet de illa diffinitione. vti est quod i vsum venit ad illud quod amatur obtinendũ referre. si tamen amandũ est. hic quidẽ non fit mẽtio de applicatione rei ad ope-

rationē. ſʒ tm̄ de relatione ei⁹ qđ venit ad intellectū
uel voluntatē uel ad ma^m uel q̄cūq̄ mō in facultatē
voluntatis ad illud qđ eſt amādū. ergo idē qđ p̄us.
¶ 4º. Dirigere in deū omnia ꝛ ſeipſū ꝛ cūcta crea/
ta eſt omnib⁹ vti. ſʒ clarū eſt ꝙ h̄ nō eſt applicare ſe/
ipſū ꝛ oīa creata ad operationē aliquā. ſed tm̄ modo
dilectionē ſuā ſup omnia ferre ſup quodā tranſitu
ꝛ in ordine ad deū. ergo applicatio ad opationē ni/
hil facit ad vſum. ¶ 5º quia iſta eſt expreſſa intentio
Aug. i. p. de doctrina xp̄iana cū ait. Quō ſi eſſemus
peregrini q bn̄ viuere niſi in patria nr̄a nō poſſem⁹
opus eſſet terreſtribus uel marinis vehiculis quib⁹
vtendū eſſet ut ad patriā qua fruēdū erat puenire
valere. n⁹. ſic i h⁹ mortalitatis vita peregrinantes
a dn̄o ſi redire in patriā volum⁹ vbi bt̄i eſſe poſſim⁹
vtendū ē hoc mūdo ut inuiſibilia dei p ea que facta
ſunt intellecta cōſpiciant̄. hoc eſt ut de corporalib⁹
rebus ꝛ tēporalibus ſpūalia ꝛ eterna capiant̄. hec
Aug⁹. Ex quib⁹ patet ꝙ nō eſt aliud voluntatē vti
rebus q̄ per eas aſcendere in deū ꝛ eas applicare
in finē. nō aūt applicare ad opationē. ¶ Contra 3^am
ɔ̄nē ſimiliter arguit pbando ꝙ directio ꝛ ordinatio
que eſt in actu electionis nō ſit ab intellectu ſʒ a vo/
luntate a qua eſt ſubā actus. cuius oppoſitū videt̄
inui in tertia ɔ̄ne. Arguit igit̄ p̄ ſic. Cui⁹ eſt act⁹ ei⁹
eſt directio illius actus in finē. cū illa directio nō ſit
niſi quidā ordo ꝛ quedā relatio fundata ſup actū.
ibi eſt aūt relatio vbi eſt fundamentū relationis. ibi
nāq̄ eſt ſimilitudo vbi eſt albedo ſubiectiue. ſʒ ap/
petitus ꝛ motus ipſius in illud qđ eſt ad finē eſt fun/
damentū ordinis in finē. ergo videt̄ ꝙ directio mo/
tus appetitiui i finē ſit ab ipſo appetitu ꝛ volūtate.
¶ 2º. nā ſm ſcm̄ Tho. intētio eſt actus volūtatis ſʒ
intentio nō eſt aliud q̄ directio motus appetitiui in
finē. ergo h⁹ directio nō eſt actus rōnis ſed volūta/
tis. ¶ 3º. Nullus actus aut potētia fert̄ ſup obiectū
m̄ale niſi attingēdo obiectū formale. ſed rō volēdi
illud qđ eſt ad finē qđ eſt materaliter volitū eſt ipſe
finis. ergo volūtas volendo illud qđ eſt ad finē at/
tingit finē. ſed non aliter attingit q̄ dirigendo voli/
tionē ei⁹ quod eſt ad finē in ipſū finē. igitur idem qđ
p̄us. ¶ Cōtra 6^am ɔ̄nē ſilr̄ arguit pbādo ꝙ ɔſenſus
nō dicit applicationē motus appetitiui ad determi/
nationē cōſilij ſicut illa ɔ̄ ꝛ ſequentes inuere viden/
tur. Arguit ergo p̄ ſic. Conſtat inquit ꝙ incontinēs
dicit̄ paſſionibus cōſentire ꝛ ſenſualitati. agit eni
ex cōſenſu. ſʒ clarū eſt ꝙ nō applicat motū appeti/
tus ad determinationē cōſilij imo magis ad paſſio/
nē. mouet̄ eni ꝛ agit ɔtra rōnē. ergo nō oīs conſen/
ſus eſt applicatio volūtatis ad determinationē cōſi/
lij. Nec valet ſi dicat̄ ꝙ etiā i incōtinente ꝛ paſſio/
nato ɔſiliū determinat p paſſiōe ut ph̄s dic 3º ethi/
corū. hoc quidē nō valet. nō eni ē ibi determinatio cō/
ſilij [illegible] magis ſubuerſio p paſſionē. [illegible] magis de igno/
rātia ſeu excecatio uel ligamentū rōnis q̄ ɔſiliū ſic
ibi ph̄s aſſimilando tales vinolētis ꝛ ſomnolentis.

Ad primum contra primā ɔ̄nē dici/
tur negādo mi/
norē. ſm eni ſupradicta frui ꝛ vti nō ſunt differētie
diuiſiue p oppoſita ipſoꝝ actuū volūtatis p̄ſertim ſi
intelligatur de oppoſitis imediatis. nec eni eligere
nec intēdere nec cōſentire ſunt fruitiones aut vſus
tamen concedo ꝙ inter vſum ꝛ fruitionē eſt aliqua
oppoſitio eo mō quo abſolutū opponit̄ ei qđ impor/
tat abſolutū cū relatione. Sicut eni dicit ſanctus
Tho. p̄ma 2^e. q. 16. arti. 2º. ad p̄mū. Frui iportat mo/
tū abſolutū appetitus in appetibile. ſed vti impor/
tat motū appetitus ad aliquid in ordine ad alterum
hec ille. Sʒ iſto mō oppoſitiōis nō ſolū vſus opponi/
tur fruitioni ſed electio. nā ſm eundē ibidē arti. 4º.
electio importat duas relationes. vnā. ſ. ei⁹ quod
eligit̄ ad finem. aliā vero ad illud cui preeligit̄. cō/
cedit̄ ergo ꝙ inter vſum ꝛ fruitionē talis eſt diffe/
rentia. ꝙ fruitio dicit actū volūtatis quieſcentē in
aliquo. vſus aūt put in volūtate dicit lationē trāſi/
toriā ſup aliquid in quo nō ſiſtitur ſed vlterius ten/
ditur. licʒ aūt vſus uel vti ſit talis actus volūtatis
quo ſcʒ appetit̄ illud quod eſt ad finē referendo il/
lud ad obtinendū finē. nō tamen valet ɔñā. ḡ vſus
nō ſumit̄ ab applicatione rei. ꝛc̄. qui enim applicat
aliqd operationi fert̄ in illud nō ſiſtendo in eo. ſʒ ad
aliud referēdo. ſ. ad op⁹ Similiter patet ꝙ nō oʒ ſp
vſum eſſe actum a voluntate elicitū. imo pōt eſſe
actus intellectus ꝛ pōt eſſe actus potentie executi/
ue. licʒ ſemp ſit actus a volūtate elicitus uel impe/
ratus. ꝛ ɔñter non oportet ꝙ ſicut fruitio ſemp eſt
ſubiectiue i volūtate ita ꝛ vſus. Un̄ dicit ſcūs Tho.
p̄ma 2^e. q. 16. arti. p̄. ad 3^m. ꝙ nō ſolū voluntas vtit̄
imo intellect⁹ ꝛ alie potentie executiue mote a vo/
lūtate. ꝛ ei recitat Aug^m in libro. 83. qōnū dicētē ꝙ
nos iudicādo p rōnē de omnib⁹ cauſatis vtimur il/
lis. ¶ Ad 2^m negatur h^or. inq̄tū eni homo vult celū
pp̄t aliquā opationē quā facit celū ul' mouet. i tan/
tū applicat celū ad operationē p voluntatē ꝛ intel/
lectū licʒ nō p potētiā executiuā. Unde ſcūs Tho.
p̄ ſen. diſ. j. q. 3. arti. p̄. ad p̄mū dicit. ꝙ celo ꝛ ange/
lis nō vtimur tāq̄ a nobis operatis. ſʒ ſicut i dei co/
gnitionē ducētibus. Et in principali rñſione dicit.
Quecūq̄ ſūt bona non habent bonitatē niſi inq̄tū
accedunt ad diuinā bonitatē. Un̄ oportet ꝙ ſit bo/
nitas diuina cū ſit rō dilectionis ꝛ deſiderij ut oīa
ament̄ in ordine ad diuinā bonitatē. oē autē qđ bo/
nū eſt a deo ē. Unde que a deo nō ſūt. nec queren/
da ſūt nec eis vtēdū eſt. ꝛ iō nullo pctō ē vtēdū qꝛ
peccatū nō ē a deo. pena aūt ē a deo. ꝛ iō pena vtē/
dū eſt ꝛ ordinanda eſt ad finē ſm ꝙ pmouet meri/
tū hominis ducens eū in conſiderationē pprie in/
firmitatis ꝛ ſm ꝙ purgat peccata. Similr̄ res mū/
di ab ipſo ſunt ꝛ eis vtendū eſt uel inq̄tū conferūt
ad dei cognitionē oſtendentes ipſius magnitudinē
uel ſm ꝙ prebent ſubſidiū vite noſtre ordinate in
deum. Similiter opera noſtra que mala nō ſūt ab
ipſo ſunt ꝛ propter ipſum facienda non ꝙ quālibet
operationē oporteat ſemp actualiter referre i deū
ſed ſufficit ꝙ in deo ſtatuat finem ſue voluntatis.
hec ille. Ex quib⁹ omnibus patet ꝙ omnia q̄ facta

sūt a deo applicare possumꝰ ad operationē per volūtatē nostrā aut intellectū aut potentiā executiuā vnde ipse intellectus cōferens rem ī finē vtitur re ⁊ applicat eā ad operationē. ⁊ similiter volūtas dū vult aliqd ꝑ operationē illius rei applicat eam ad operationē. ¶ Ad 3m dico ꝙ licꝫ Augꝰ nō faciat expresse mentionē de applicatione rei ad operationē in diffinitiōe vsus. tamen implicite facit. Cū eni dicit vti est illud qd̄ in vsum venerit referre ad obtinendū ⁊ cetera. dat intelligere ꝙ illo vtimur qd̄ volumus ut illo mediāte obtineamꝰ aliud quo fruēdū est. ⁊ ita tale volitū applicamꝰ ad opationē. s. ad obtentionē uel possessionē ut large accipiat̄ operatio pro motu uel actione aut quolibet significato ꝑ modū actionis uel motꝰ sicut est possessio aut quietatio. ut eni dictū est in pma ꝯne. velle pecuniam ad possidendum est vti pecunia ⁊ applicare eā ad operationē uel aliqd ꝑ modū operatiōis. ¶ Ad 4m negatur hꝰ. ut patet ex dictis. nam tam seipsū ꝗ̄ alia homo applicat ad habendū ⁊ obtinēdū deū. illa aūt obtentio operatio dicitur eo modo quo in proposito loquimur de operatione. ¶ Ad 5m dico. ꝙ illud argumētū verberat arguentē. nam si eo modo vtimur mundo ⁊ in eo cōtentis. sicut nauigātes vtunt̄ vehiculis ad trāsfretādū. cū tales vtēdo vehiculis applicēt ea ad opationē sequit̄ ꝙ vti nostrū ē applicare res ad opatiōes. ¶ Ad pmū 3ꝫ 3am ꝯnē dr̄. ꝙ ꝓcedit ex falso itellectu ac si nos poneremꝰ ꝙ absoluta subā actꝰ electiōis sit a volūtate. ⁊ relatio sup illo actu fūdata sit a solo itellectu. Et ad hūc sensū arguit qui tn̄ scm̄ Tho. nō itelligit. cū eni dicit pma 2e q. 13. arti. p̊. ꝙ illud qd̄ est materiale in electiōe ē voluntatis. formale autē est rōnis non intelligit in illo actu esse duo quidē. quoꝝ vnū sit a sola voluntate ⁊ aliud a sola ratione producatur ut arguens male intelligit. sed quē sensum habeat in talibus locutionibꝰ exprimit de veritate. q. 22. arti. 3o dicēs. Quādocūqꝫ sunt duo agentia ordinata 2m agens dupliciter potest moueri uel agere. Uno mō ꝫm ꝙ cōpetit nature sue. Alio mō ꝫm ꝙ cōpetit nature superioris agentis. Impressio enim superioris agentis manet in inferiori ⁊ ex hoc inferiꝰ agens non solum agit actione ꝓpria sed actione superioris agentis. sicut spera solis mouetur motu proprio qui spacio vnꝰ anni cōplet̄. ⁊ motu primi mobilis qui ē motꝰ diurnus. Similiter aqua mouet̄ motu ꝓprio tēdēdo in centrū ⁊ habet quēdā motū ex impssiōe lune que mouet ipsam influxu ⁊ refluxu maris. Corpora etiā mixta habent quasdā opationes sibi ꝓprias q̄ cōsequunt̄ nām q̄ttuor elemētoꝝ ut tēdere deorsū calefacere ⁊ infrigidare. ⁊ hn̄t alias ex impssiōe corporū celestiū. ut magnes attrahit ferrū. ⁊ ꝗ̄uis nulla actio inferioris agentis fiat nisi p̄supposita actione superioris. tn̄ illa actio que cōpetit ei ꝫm suā naturā attribuit̄ ei absolute. sicut aque moueri deorsum. Illa ṽo que cōpetit ei ex impssione superioris agentis nō attribuit̄ ei absolutē in ordine ad aliud. sicut influere ⁊ refluere dicit̄ esse ꝓpriꝰ motꝰ maris

non inq̄ntum est aqua sed inq̄ntum mouetur a luna. ratio autem ⁊ voluntas que sunt potentie quedam operatiue ad inuicē ordinate ⁊ absolute considerādo ratio est prior ꝗ̄uis per reflexionem efficiat̄ voluntas prior ⁊ superior inq̄ntum mouet rationem. Unde voluntas potest habere duplicem actū. vnū qui competit ei ꝫm suam naturam inq̄ntum tendit in propriū obiectum absolute. ⁊ hic actus attribuitur volūtati simpliciter ut velle ⁊ amare ꝗ̄uis etiā ad hunc actum presupponitur actus rationis. Aliū ṽo actum habet qui competit ei ꝫm ꝙ rationis impressio relinquitur in voluntate. cum enim propriū sit rationis conferre ⁊ ordinare quandocūqꝫ ī actu volūtatis apparet aliq̄ collatio uel ordinatio talis actus erit voluntatis non absolute sed in ordine ad rationem. ⁊ hoc modo itendere est actus volūtatis hec ille. Ex quo patet ꝙ sanctꝰ Thomas non intendit ꝙ in actu intentionis uel electionis sint aliqua duo quorum vnū solum producatur a voluntate. sed intendit ꝙ voluntas ex natura sua absolute habet ꝙ velit ⁊ volitionem producat sed nō habet ex se. imo ex hoc ꝙ mouetur ab intellectu ꝙ ī actu suo sit collatio aut ordinatio vnius ad aliud. ¶ Ad 2m patet ꝑ idem. verūtamē hꝰ est falsa. s. ꝙ intentio sit directio loquēdo de directione actiua. Unde scūs Thomas vbi supra ad 4m dicit. Relatio actiua in finem est ratiōis. eius eni est referre in finē. sed relatio passiua potest esse cuiuscūqꝫ directi uel relati in finē ⁊ sic potest esse etiam volūtatis. ⁊ hoc mō relatio in finē ꝑtinet ad intentionē. hec ille. Et loquit̄ de relatione nō ut est habitudo. sꝫ ut est actio uł passio. ⁊ similiter de directione. Ex quo patet ꝙ dirigere ad intellectū ꝑtinet. sꝫ actum directū ⁊ relatū elicere est volūtatis licꝫ nō absolute. sꝫ ut ē mota a rōne. vn̄ a volūtate effectiue ē tā actꝰ q̄ fundat relationē ꝗ̄ relatio ī eo fundata sꝫ volūtas nō pōt elicē actū q̄ fundaret relationē nisi ut mouet̄ a ratione. ¶ Ad 3m siliter oīa cōcedūt̄ q̄usqꝫ dicit. ꝙ volūtas volēdo illud quod ē ad finē nō attingit finē nisi dirigendo ⁊c̄. illud eni negatur. voluntas quippe non dirigit. sed actum directū elicit ⁊ collatiuū alicuius in finem. ut enim dicit sanctus Thomas pma 2e. q. 13. arti. 2o ad 3m. In omnibus que mouentur a ratione apparet ordo rationis mouentis. licꝫ ipsa rationem non habeant. sic enim sagitta directe tendit in signū ex motione sagittantis ac si ipsa haberet rationem dirigentem. ⁊ idem apparet in motibus horologiorū ⁊ omniū humanoꝝ ingeniorum que arte fiunt. hec ille. Et. q. 12. arti. p̊. ad 3m dicit. Uolūtas non ordinat. sed tamen in aliquid tendit ꝫm ordinē rationis. Et. q. 13. arti. primo ad pmū dicit. Electio collationem importat precedentē non ꝙ essentialiter sit ipsa collatio. hec ille. Ex quibus patet ꝙ solus intellectus dirigit. sed voluntas actum cōformē illi directioni elicit. ¶ Ad primū contra sextam ꝯnem negatur ꝙ incontinens nō applicet motum appetitiuū ad determinationē consilij q̄ diu habet actum voluntatis. licꝫ consiliū sit erroneū. sicut cū

ponit scūs Tho. de malo. q. 3. arti. 9. in responsiõe ad 7m argumētū. In omni actu virtutis uel pcti ē que-
dam deductio quasi syllogistica. tñ aliter syllogiçat temperatus. aliter intemperatus. τ aliter continens
ꝗ incontinens. temperatus ẽm iudiciū rationis vtiť syllogismo triū propositionū sic syllogiçans. Nulla
fornicatio est cõmittenda. hic act⁹ est fornicatio. igiť τc̄. Intemperat⁹ vo totaliter sequiť cõcupiscentiā
sic syllogiçans. Omne delectabile est fruendum. hic actus est delectabilis. igiť τc̄. Similiter tā cõtinēs
ꝗ incontinens dupliciť moueť. ẽm rõnē quidē ad vitandū pctm̄. ẽm concupiscentiā vo ad cõmittendū.
sed in continente vincit iudicium rationis. in incõtinente vo cõcupiscentia. vñ vterq; vtiť syllogismo
quattuor ppositionū uel ẽminoꝝ ad ɔtrarias ɔn̄es. Continens eni sic syllogiçat. Nullū pctm̄ est faciendum.
hoc ppõit ẽm iudiciū rationis. ẽm vo motum cõcupiscentie versať in corde ei⁹ ꝙ omne delectabile est
psequendū. sed quia iudiciū rõnis in eo vincit. assumit sub pmo: hoc est pctm̄. τ cõcludit. ğ nõ est
faciendū. Incõtinēs vo in q vincit mot⁹ cõcupiscētie assumit sub 2º: hoc ē delectabile. τ ɔcludit. igiť ē
faciendū uel psequendū. hec ille. Eandē sniam ponit 2º sen. dis. 24. q. 3. arti. 3º et pma 2e. q. 77. arti. 2º
ad 4m. Ex quibus patet ꝙ incõtinens dū consentit applicat motū appetitiuū ad determinationē sui lz
falsi cõsilij. intelligo tñ dicta sci Thome de peccãte mortaliter. nõ solum rõne circūstantie sed rõne mali
voliti. nā cõtingit ẽm eū peccare mortaliť sine tali diuersa syllogiçatiõe. sicut patet de angelis τ pmo
parente. ut alias videbiť lati⁹. Sed cum reprobať ista respõsio p arguentem. quia in incõtinente nõ est
determinatio cõsilij sed subuersio. τc̄. Dico ꝙ ꝗdiu incõtinens p voluntatē consentit licz ibi sit ligamē-
tum ratiõis: inꝗtum ratio impediť ne recte estimet de eligibili τ agibili in vniuersali τ particulari accidentaliter.
tñ nõ sic est ligatus qn modo pdicto syllogiçet ppõnendo vnam falsam vniuersalē quā suggerit passio
subsumendo vnā pticularē verā. ut dictū fuit. τ hoc si sit ibi aliqs cõsensus volũtatis. Nā
ẽm ꝙ dicit scūs Tho. pma 2e. q. 10. arti. 3º. Immutatio hominis p passionē dupliciter contingit. vno mõ
sic ꝙ ratio totaliter ligetur: ita ꝙ homo vsum rationis nõ habeat. sicut cõtingit in illis qui ppter irā uel
cõcupiscentiam furiosi uel amētes fiunt siue ppter aliquam aliam perturbationem corporalem. hꝫ eni
passiones nõ sine transmutatione corpali accidunt. τ de talibus est eadem ratio sicut de animalib⁹ brutis
que ex necessitate sequūť impetū passionis. In his eni nõ est aliquis rationis motus. τ per ɔñs nec
voluntas. aliqñ autē ratio non totaliter absorbeť a passione. sed remanet ꝗtum ad aliquid iudiciū rationis
liberū. τ ẽm hoc remanet aliquid ex motu voluntatis. hec ille. Ex quibus patet ꝙ ẽm eum volũtas nõ agit si
ratio sit totaliter absorpta a passione. τ per ɔñs nec ɔsentit. omnis ğ cõsensus sequitur iudiciū rationis
siue recte siue erronee. nec est aliter possibile fieri ẽm eum. τ in hoc secundus articulus terminatur.
¶ Ad rationē vo in oppositum patet responsio per predicta. vti enim nõ est referre ẽm eẽntiam sed
causaliter aut effectiue. quia. s. est act⁹ volũtatis ɔformis actui rõnis referētis aliqđ i alteꝛ τc̄.

Lauino circa pri-

mam distinctionē queriť. Utrū vltimo fine p intellectum apprehenso necessario fruatur creata voluntas.
Et arguitur ꝙ nõ. Nihil est tam in ptãte volũtatis ꝗ ipsa volũtas. ẽm Aug. in p retractationū. Ex quo
colligitur ꝙ si actus voluntatis est in potestate voluntatis mediate. multo plus imediate. sed in potestate
voluntatis est velle finem τ nõ velle mediãte intellectu. potest enim auertere intellectum a ɔsideratione
finis quo facto non volet ipsum. ğ stante cõsideratiõe poterit nõ velle ut videtur. In oppositū arguitur.
Nam maiorem appetibilitatem habet finis in sua totalitate acceptus ꝗ aliqua pars ei⁹. sed esse τ viuere
sunt partes integrales vltimi finis. iste autem necessario appetunť: iuxta illud phi. 9. ethi. Esse τ viuere
est in omnibus eligibile τ amabile. Et illud. 3. polit. Inest aliqua boni particula ad ipsum viuere. vñ
multa mala sustinent homines inuitati ad viuere tanꝗ existente in ipso quodam solatio τ dulcedine naturali.
ğ tot⁹ finis qui includit esse τ viuere necessario appetitur. In hac questione erũt duo articuli. nam in p
ponentur ɔn̄es. in 2º mouebũtur obiectiones. ¶ Quantum ad primū sit prima ɔ̃ ꝙ volũtas necessario vult
finem vltimū apprehensum sub ratione sua vniuersali. Et est intellectus ɔ̃nis ꝙ nõ est in potestate
voluntatis ꝙ stante apprehensione finis vltimi uť btitudinis sub vniuersali ratiõe optimi boni ipsa volũtas
nolit aut refugiat vltimū finē. Ista ɔ̃ pbatur ex dictis sci Tho. multipliciť. Prima rõ talis est. Sic se hꝫ
finis i agibilibus sicut pncipia i speculabilibus. τ sic se habet intellectus in speculabilibus ꝙ de necessitate
adheret primis principijs: ꝗuis ɔ̃nib⁹ nõ necessario adhereat. ğ volũtas vltimo fini necessario adheret:
ꝗuis eis que sũt ad finē non necessario inhereat. Hãc rõnē ponit snialiť sanctus Tho. pma pte. q. 82. arti. p.
Necesse inquit ē ꝙ sicut intellect⁹ ex ncẽitate inheret pmis pncipijs. ita volũtas ex necessitate inhereat
fini vltimo q est btitudo. finis eni se hꝫ in opatiuis ut pncipiū in speculatiuis. ut diciť 2º physicoꝝ. oportet
eni ꝙ illud qđ nãliter alicui cõuenit τ imobiliť sit fūdamentū τ principiū oĩuz alioꝝ. q2 nã rei ē pmū in
vnoquoq;. τ ois motus pcedit ab aliq imobili. hec ille. Itē de malo q. 3. arti. 3º vbi sic ait. Tam intellect⁹
ꝗ volũtas ex necessitate tendit in illud ad qđ nãliť ordinať. nãle est eni determinari ad vnū vnde intellect⁹
ex necessitate assentit pmis principijs nãliter notis. nec põt eoꝝ ɔ̃rijs assentire. τ siliť volũtas nãliť vult
τ ex necessitate beatitudinē. nec aliqs potest velle miseriā. vñ in intellectu ɔtingit ꝙ ea q necessariā
coherētiā hñt cum pmis pncipijs nãliter notis ex necessitate mouēt itellectū sicut ɔn̄es demõstrate qñ
apparet ꝙ si negenť oportet negari pma pncipia ex qb⁹ de

necessitate consequitur. Si vero sint alique ɔ̄nes q̄ non necessariam coherentiam habeant cum p̄mis principijs naturaliter notis. sicut cōtingentia ⁊ opinabilia. non cogitur his intellectus assentire. Similiter etiam neq̄ necessarijs que necessario cōnectūtur p̄mis principijs ex necessitate assentit anteq̄ hō necessariam connexionem cognoscat. sic igitur videtur eē circa voluntatē q̄ volūtas ad nihil ex necessitate mouetur q̄d non appareat habere necessariam ɔnexionem cum beatitudine que naturaliter est volita. hec ille. Sed ad hanc rationem dicit Aureolus q̄ non concludit. p̄ quia potest reduci ad oppositum sic arguendo. Sicut se habet principiū in speculabilib⁹ sic h₃ se finis in agibilibus. sed sic se habet principium speculabile respectu intellectus q̄d non solum vniuersalissimū principium de quolibet esse uel non esse necessitat intellectum. imo quodlibet particulare principium per se notum. sicut patet in mathematicis. ḡ sic se habet finis respectu voluntatis q̄ non solum finis vniuersalissimus ⁊ vltimus necessitabit voluntatem. imo etiam quilibet finis particularis. honor aūt ⁊ voluptas ⁊ scientia q̄ sunt [illegible] bona quedā. ut patet p̄ ethi. ḡ apprehenso honore aut voluptate necessario voluntas cōplacebit ⁊ desiderabit si ratio p̄ ɔ̄ne sit bona. ¶ Confirmatur quia ph̄s 2° physicoꝝ non loquitur de principijs vniuersalissimis. nec de fine vltimo. s₃ de quolibet principio ⁊ de quolibet fine de quo manifeste patet q̄ non mouet necessario voluntatem alias humilis nō contemneret honores. nec temperatus voluptates. 2° quia quandocunq̄ ex vna similitudine reperta inter aliqua arguitur omnis similitudo inter illa est fallacia ɔ̄ntis. sed ph̄us ⁊ cōmentator assimilant p̄ncipia fini. 2° physicoꝝ in ordine ad ɔ̄ns ⁊ ea que sūt ad finem dicēdo q̄ quemadmodū si principia sunt ɔ̄nes sūt. eodem modo si finis est ea que sūt ad finē sunt uel erūt. volēs ex hoc cōcludere q̄ nō est i eis necessitas simpliciter s₃ conditionata. ut patet ibidē. ḡ concludens ex hoc necessitatem simpliciter cōmittit fallaciā ɔ̄ntis. hec ille. Ista respōsio nō infringit rationē predictam. nec reductio vsq̄quaq̄ p̄cedit. Cum eni scđs Tho. ponit illam maximā. s. sicut se habet principiū in speculabilibus. ita finis ⁊c̄. nō solum intelligit de principio illo vniuersalissimo: de quolibet esse uel nō esse ⁊c̄. imo de quolibet p̄ncipio indemonstrabili intendit. ḡ q̄ sicut se habet tale principiū p se notum ⁊ indemōstrabile a priori in speculabilibus. sic se habet finis q̄ nō est p̄pter aliud appetibilis in agibilibus. ⁊ nō intēdit loq̄ de finib⁹ q̄ ad alios fines vlteri⁹ ordinātur. ⁊ sunt propter alios appetibiles. modo cōstat q̄ loquendo de tali fine clara est illa maxima. ⁊ optime p̄bat ɔ̄nem. sed arguēs i sua reductiōe eā male accipit. ⁊ ɔ̄nter male subsumit. quia scđs Tho. solū facit cōpatiōnē inter p̄ncipiū indemōstrabile ⁊ finē nō ordinabilem in aliud. Confirmatio: ⁊c̄ nō valet dico enim q̄ ph̄s 2° physicoꝝ loquitur de quolibet fine ⁊ de quolibet principio scʒ q̄ eodē modo se habet principiū in speculabilib⁹ sicut finis i agibilibus q̄tum ad hoc q̄ p̄ncipio intellect⁹ assentit propter se si accipiatur ut p̄ncipiū: ⁊ ita fini ut finis est voluntas adheret p̄pter se. Et sicut principio indemōstrabili intellectus nō pōt dissentire. ita nec a fine irrefragibili volūtas pōt resilire. sicut aūt principijs non per se notis nec indemōstrabilib⁹ intellectus nō necessario assentit. ita nec finem ad aliud ordinabilē voluntas necessario vult. ⁊ ita finis ⁊ principiū proportionabiliter accepta semp̄ eodē modo se habēt. Illud aūt q̄d 2° arguit nō valet. non enim est fallacia ɔ̄ntis in argumento nostro. nec nos ex vna similitudine reperta inter principium ⁊ finē inferim⁹ quālibet. licʒ eni ph̄s 2° physicoꝝ postq̄ dixerat q̄ sicut se habet finis in agibilibus sic se habet principium i speculabilib⁹. statum post applicet illam maximam ad illā similitudinē quam arguens recitat. tn̄ nō solum illa similitudo de qua Ar. ibi loquitur est inter finem ⁊ principium. sed etiā illa de qua loquimur in argumento. ut patet 7° ethicoꝝ. ca° 8° vbi dicit Ar. In actionibus autē q̄ cuius gratia p̄ncipiū: sicut in mathematicis suppositiōes. ⁊ ibidē statim dat similitudinē ex qua arguim⁹ i p̄posito. Dicit eni q̄ sicut in mathematica suppositiones nō docentur p rōnem sed p quandā virtutē naturalē eisdem assentitur. ita est de finibus i materia moraliū q̄ appetit⁹ finis nō est p doctrinā sed p naturā loquēdo de fine in generali uel p assuefactionem loquendo de recto fine in particulari. ⁊ sic patet q̄ arguentis obiectio non p̄cedit. ¶ 2° rō principalis p̄ eadem p̄ma ɔ̄ne talis ē. Omnis motus reducitur ad aliquod imobile. sicut patet de motibus animalium. animal enim non moueretur nisi alicui imobili initeretur. sed volūtas mouetur ad diuersa obiecta. ⁊ habet se mobiliter ad ea ⁊ contingenter. ḡ necesse est q̄ in aliquo obiecto immobiliter figatur. illud autem non potest esse nisi vltim⁹ finis. ḡ vltimū finem de necessitate vult. Istā rōnē ponit sn̄ialiter scđs Tho. p̄ma parte vbi recitaui. in qua recitatione etiā medium huius rōnis tactum fuit in fine. Idem mediū tangit de veritate. q. 16. arti. 2° vbi ait. Natura in omnibus operib⁹ suis bonum intendit. ⁊ ɔseruationem eoꝝ que per operationē nature fiunt. ⁊ ideo in omnibus nature operib⁹ semper principia sunt permanentia ⁊ imutabilia ⁊ rectitudinem conseruantia. principia eni manere oportet. ut dicitur p̄ physicoꝝ. nō eni pōt esse firmitas uel certitudo in his que sūt a principijs. nisi ipsa principia eēnt firmiter stabilita. ⁊ inde est q̄ oīa mutabilia reducuntur ad aliq̄d p̄mū imobile. inde est etiā q̄ ois speculatiua cognitio deriuatur ab aliq̄ certissima cognitiōe circa quam error eē nō pōt. q̄ est cognitio p̄moꝝ p̄ncipioꝝ vniuersaliū ad que oīa alia cognita examinantur ⁊ ex quib⁹ oē verū approbatur. ⁊ omne falsū respuitur. in quib⁹ si aliq̄s error posset accidere nulla certitudo in sequēti cognitiōe inueniretur. vn̄ ⁊ in operib⁹ humanis ad h̄ q̄ aliq̄ rectitudo i eis eē possit oportet eē aliq̄d p̄ncipiū p̄manēs q̄d hēat rectitudinē immutabilē ad quod oīa opera examinentur. ita q̄ illud p̄

[illegible] permanens omni malo resistat [illegible] omni bono [illegible] et hec est funderentia. [illegible] Sicut autē po[illegible] circa intellectum. ita habet ponere circa volun[illegible] tatem. presertim quia s̄m eum [illegible] ita se habet fi[illegible] nis [illegible] respectu voluntatis sicut princip[illegible] specu[illegible] labilia respcū itellect⁹ ut p̄us patuit. eodē aūt me[illegible] dio vtit̄ i multis alijs locis ad idē p̄positū ɔfirmādū. Ad hanc rōnē dicit Aureolus q̄ nō valet. quia pet reducit ad oppo[illegible] sic arguendo. Omnis mot⁹ re[illegible] ducitur ad aliquod imobile. sed volūtas desiderans [illegible] p̄pter se sanitatē mouet̄ ad potionē. ḡ in illa motio[illegible] ne oportet aliqd imobile reperiri. [illegible] hoc est falsum quia voluntas nec immobiliter in desiderio sanita[illegible] tis nec in desiderio potiōis quiescit. ḡ nō est verū q̄ ois motus volūtatis reducat̄ ad aliqd in q̄ voluntas imobiliter quietet̄. Nec valet si dicat̄ q̄ in appeti[illegible] tu potionis p̄pter sanitatē nō oportet poni aliquid imobile. q̄r appetitus sanitatis ē p̄pter felicitatem. nō valet inquā. q̄r p̄hus dicit p̄ metaphisice q̄ scire appetit̄ propter [illegible] q̄ nullū aliud bonū debeat euenire. manifestat aūt h̄ sensuum dilectio. ḡ in isto motu p̄ciso quoq̄s appetit aliquid p̄pter scire aut p̄pter videre nō occurrit obiectū aliqḋ cui volun[illegible] tas inhereat imobiliter et de necessitate. Preterea iō animalia nō mouent̄ nisi alicui imobili innitāt̄. q̄r mouent̄ p̄ impulsionē. pars aūt impellens partem aliā necesse ē ut figat̄. sed voluntas nō mouet se p̄ impulsionē sed p̄ p̄priā libertatē. ḡ non indiget aliq̄ imobili. hec ille. Sed ista responsio nō procedit. nec reductio valet. imo respōsio quā arguēs recitat suf[illegible] ficienter euacuat reductionē. Sicut enī p̄bat scūs Tho. p̄ma 2ᵉ. q. j. arti. 6⁰. Necesse ē q̄ oia q̄ hō appe[illegible] tit p̄pter btitudinē: appetat p̄pter vltimū finē. Et h̄ inqt apparet duplici rōne. Primo q̄r quicquid hō appetit: sub rōne boni appetit. qḋ quidē si nō appe[illegible] tit̄ ut bonū p̄fectū qḋ ē vltimus finis. necesse est ut appetat̄ ut tendēs in bonū p̄fectū. q̄r sp̄ inchoatio alicui⁹ ordinat̄ ad cōsūmationē ipsi⁹. sicut patet tā i his q̄ fiūt a natura q̄̄ in his q̄ fiūt ab arte. et iō ois in[illegible] choatio p̄fectiōis ordinat̄ in p̄fectionē cōsumatā q̄ est p̄ vltimū finē. 2⁰ quia vltimus finis h̄ modo se habet in mouēdo appetitū sicut se habet in alijs mo[illegible] tionib⁹ p̄mū mouēs. manifestū ē aūt q̄ cause secū[illegible] de mouētes nō mouēt nisi s̄m q̄ mouent̄ a p̄mo mo[illegible] uente. vñ secūda appetibilia nō mouēt appetitum nisi in ordine ad p̄mū appetibile qḋ ē vltimus finis hec ille. Idē ponit 4⁰ sen. dis. 49. q. j. arti. 3⁰ q̄stiun[illegible] cula 4ᵃ. vbi sic ait. Scḋm p̄hm 7⁰ ethi̅ in ordine ap[illegible] petibiliū finis hoc modo se habet sicut p̄ncipiū i or[illegible] dine intelligibiliū. q̄r aūt illud qḋ est p̄mū in aliquo genere et maximū est causa eoꝝ que sūt. p[illegible]. ideo cognitio principij in speculatiuis ē causa cognitiōis oiūz alioꝝ. Et similiter appetit⁹ finis est causa appe[illegible] tendi oia alia que sūt ad finē. vñ cū btitudo sit finis humane vite. quicqd volūtas appetit facere ad bti[illegible] tudinē ordinat. qḋ etiā expimēto patet. quicqd enī appetit aliqd: appetit illud inq̄ntū estimat illud bo[illegible] num. p̄ hoc aūt q̄ aliquis habet aliqd qḋ estimat bonum reputat se ut btitudini propinquiorem. q̄r ad[illegible] ditio boni super bonū facit approximare bono per[illegible] fecto qḋ est btitudo. et iō quilibet appetit⁹ i btitudi[illegible] nem ordinat̄. hec ille. Cum aūt obijcit ɔ̄ hoc arguēs q̄ scire appetit̄ non p̄pter aliud etc̄. Respōdet san[illegible] ctus Tho. p̄ma 2ᵉ. vbi sup̄. ad 2ᵐ. vbi facit eandem obiectionē. et dicit. Scientia speculatiua appetit̄ ut quoddā bonū speculantis qḋ apprehendit̄ sub bo[illegible] no cōpleto. qḋ est vltimus finis. licz non appetatur p̄pter aliud extrinsecū. sicut similiter dicit de ludi[illegible] cris que licz non ordinent̄ ad finē aliquē extrinsecū tn̄ ordinant̄ ad bonū [illegible] ludentis p̄ut sunt dele[illegible] ctabilia uel requiē p̄stātia. bonū aūt hoīs ɔsumatū ē vltim⁹ eius finis. Sciendū tn̄ q̄ cum dicim⁹ q̄ in omni nostro appetitu appetit̄ btitudo. sic est intelli[illegible] gendū sicut ipsemet dicit ad 3ᵐ. Non oportet inq̄t ut sp̄ aliquis cogitet de vltimo fine q̄ncūq̄ aliquid appetit aut op̄atur. sed virtus p̄me intentiōis que ē respectu vltimi finis manet in quocunq̄ appetitu cuiuscunq̄ rei. etiā si de vltimo fine actu nō cogitet̄. sicut non oportet q̄ qui vadat per viam in quolibet passu cogitet de fine. hec ille. Ex quib⁹ patet q̄ ap[illegible] petit⁹ beatitudinis virtualiter et si nō actualiter re[illegible] manet in quolibet appetitu. et in illa figitur appetit⁹ licz mutabiliter se habeat respectu alioꝝ. Cum aūt vlterius dicit arguēs q̄ nō est simile de fixione ani[illegible] malis mouentis se per impulsum etc̄. dico q̄ licz vo[illegible] luntas nō moueatur p̄ impulsū. tn̄ oportet q̄ in aliq̄ obiecto figat̄ circa quod sit determinata. et qḋ na[illegible] turaliter velit. Sicut enī dicitur de veritate. q. 22. arti. 5⁰. Volūtas quedā natura est. quia oē qḋ in re[illegible] bus inuenit̄ natura quedā est. et ideo in voluntate oportet inueniri nō solum qḋ est voluntatis sed etiā quod est nature. hoc aūt est cuiuslibet nature crea[illegible] te ut a deo sit ordinata in bonum naturaliter appe[illegible] tens illud. vñ et ipsi voluntati inest quidam natura[illegible] lis appetitus boni sibi conuenientis. et propter h̄ ha[illegible] bet appetere aliquid s̄m p̄priā determinationē. nō ex necessitate. qḋ ei competit inq̄ntum volūtas est. sicut aūt est ordo nature ad volūtatem. ita se habet ordo eoꝝ que volūtas vult naturaliter ad ea respe[illegible] ctu quorum voluntas ex seipsa determinatur: non ex natura. et ideo sicut natura est voluntatis funda[illegible] mentum. ita appetibile quod naturaliter appetitur est aliorum appetibilium principium et fundamētū. in appetibilibus autem finis est fundamentū et p̄n[illegible] cipium eorum que sunt ad finem: cum ea que sunt ad finem nō appetantur nisi ratione finis. et iō illud quod volūtas de necessitate vult: q̄si naturali in[illegible] clinatione in ipsum determinata est finis vltimus et beatitudo. et ea que in ipso includuntur: ut esse et co[illegible] gnitio veritatis et hm̄oi. ad ea vō nō de necessitate de[illegible] terminatur naturalis inclinatio sed propria dispo[illegible] sitione absq̄ omni necessitate. hec ille. Ex q̄bus pa[illegible] tet quomodo libertas volūtatis fundat̄ in natura et quō voluntas in aliquo figitur ex cuius volitiōe ad alia p̄cedit. et si talis p̄cessus sit i̅pulsio. cū. s. vo[illegible] lūtas actuata appetitu finis mouet se ad volēdū ea

que sunt ad finẽ tolerabile est. ⁊ erit simile de motu animaliũ ⁊ de motu volũtatis. vñ sanct⁹ Tho. pma 2e. q. 9. arti. 3o dicit. Hoc modo se habet finis i appetibilib⁹ sicut pncipiũ i itelligibilib⁹. manifestũ ẽ aũt ꝙ intellect⁹ p hoc ꝙ cognoscit pncipiũ reducit se de potentia in actum ꝙ̃tũ ad cognitionẽ ꝯnũ. ⁊ similiť voluntas p hoc ꝙ vult finẽ mouet seipsam ad volendũ ea q̃ sunt ad finẽ. hec ille. ¶ 3a rõ pncipalis p pma ꝯne talis ẽ. Volũtas necessario vult illud cui⁹ [illegible] oĩa vult. sed btitudo ⁊ vltim⁹ finis est hm̃. q2 quicqd appetiť a volũtate appetiť ꝑpter pticipationẽ btitudinis. ut patet p pdicta. ḡ beatitudo erit necessario ⁊ naturaliter volita. Põt similiť sic argui. Motus secũdi mouentis p impressionẽ pmi mouentis tendit in eũdẽ finẽ q̃ tendit pmũ mouens. Si enĩ in aliũ moueť iam nõ moueť p impssionẽ primi mouẽtis in ipsũ. sed voluntas in oĩa q̃ vult mouet ex desiderio finis. ḡ nihil vult [illegible] finis desideriũ. nec etiã resilibit ab aliq̃ nisi ex desiderio finis. sequiť ḡ ꝙ nõ põt resilire a fine ⁊ p ꝯñs de necessitate vult finẽ sibi p intellectũ ostensũ. Ista media tangit scũs Tho. 4o sen. vbi s. q̃stiũcula 2a vbi ait. Opatio cause secũde fũdať i opatõe cause pme ⁊ psupponit eam. ⁊ iõ oportet ꝙ oĩs opatio aĩe ꝓcedat ex suppositiõe ei⁹ quod ẽ ex impssiõe pmi agẽtis. s. dei. ⁊ ideo videm⁹ ex pte intellect⁹ ꝙ ad nihil intelligendũ aĩa põt ꝓcedere nisi ex suppositiõe illoꝝ quoꝝ cognitio est ei innata. ⁊ ꝑpter hoc non põt assentire alicui qd̃ sit ꝯ̃rũ pncipijs que nãliť cognoscit. ⁊ similiter oportet eẽ ex pte volũtatis. vñ cũ ex impressiõe pme cause. s. dei hoc aĩe insit ut bonũ velit ⁊ pfectũ bonũ tanq̃ finẽ vltimũ appetat. impossibile est ꝙ ꝯ̃rũ illi⁹ in ei⁹ appetitu cadat. hec ille. Idẽ ponit ibidẽ q̃stiũcula pma dicẽs. In ordine mobiliũ ⁊ motoꝝ oportet duos motores ordinari in finẽ primi motoris p dispositionẽ eis impssã a pmo motore sicut patet cũ aĩa mouet manũ. ⁊ man⁹ baculũ. ⁊ baculus pcutit. qd̃ est finis intent⁹ ab aĩa. bacul⁹ ⁊ manus tendũt in finẽ intentũ ab aĩa. p hoc ꝙ aĩa in eis imprimit mediate uľ imediate. ⁊ q2 oĩa ꝓcedũt a deo inq̃tũ est bon⁹. ut dicit Aug⁹ ⁊ Dionysi⁹. iõ oĩa creata ꝼm impssionẽ a creatore acceptã inclinãť i bonũ appetẽdũ ꝼm modũ suũ. ⁊ iõ sicut q̃libet res nãliter appetit bonũ suũ ita q̃libet creatura rõnalis nãliť appetit suã btitudinẽ. hec ille. Hoc etiã mediũ innuit de ṽitate. q. 22. arti. 2o vbi sic ait. Oĩa naturaliť appetũt deũ implicite. nõ aũt explicite. Ad cui⁹ euidẽtiã sciendũ ꝙ cã secũda nõ põt influere in suũ effectũ nisi inq̃tũ recipit ṽtutẽ pme cause. Sicut autẽ influere cause agentis ẽ agere. ita influere cause finalis ẽ appeti ⁊ desiderari. ⁊ iõ sic secũdariũ agens nõ agit nisi p ṽtutẽ pmi agentis existẽtẽ in eo. ita secũdarius finis nõ appetiť nisi p ṽtutẽ pncipalis finis in eo existentẽ. put. s. ẽ ordinatũ uel habet similitudinẽ ei⁹. ⁊ iõ sicut deus ꝑpter hoc ꝙ est pmũ efficiens [illegible] ꝑpter hoc ꝙ est finis vltim⁹ appetiť in oĩ fine. sed hoc est appetere deũ implicite. Sic enĩ ṽtus pme cause ẽ in secũda ut etiã pncipia i ꝯnib⁹. resoluere aũt ꝯnes i pncipia uel cãs secũdas in primas ẽ [illegible] rõnalis [illegible] secũdarios fines in ipsũ deũ p quãdã viã resolutiõis deducere põt ut sic ipsũ explicite appetat. ⁊ sicut in demõstratiuis sciẽtijs nõ recte sciũť ꝯnes nisi p resolutionẽ ad pma pncipia. ita appetit⁹ creatẽ rõnalis non ẽ rect⁹ nisi p appetitũ explicitũ ipsi⁹ dei actu uel habitu. hec ille. Ex quib⁹ patet ꝙ nõ solũ voluntas imo q̃libet creatura appetit nãliter ⁊ necessario vltimũ finẽ. nec illũ põt nolle aut actu positiuo refugere. Hanc tñ rõnem nititur vbi sup infringere. dic. n. ꝙ põt ad oppositũ retorq̃ri sic arguẽdo. Volũtas nõ necessario vult illud sine cui⁹ pticipatiõe aliquid vult. sed volũtas appetit noticiã ṽitatis: esto ꝙ nihil aliud debeat euenire. imo pscidẽdo oẽ bonũ põt velle ipsũ scire. igiť volũtas nõ necessario vult finẽ quo pciso adhuc põt appetere aliud ꝑpter se ⁊c. Preterea volũtas nõ necio vult illud cui⁹ pticipatiõe vult quicqd vult nisi determineť circa ea de necessitate q̃ vult. sed volũtas quãticũq3 velit aliquid pticipatiõe vltimi finis. nõ tñ necessitať ad illud volendũ. igiť nec de necessitate vult finẽ. Preterea volũtas necessario vult illud cui⁹ pticipatiõe vult quicqd vult. sed estimãs deũ esse sũmũ bonũ estimat pticipatiõe ei⁹ volẽdũ esse qcqd vult. ḡ manifeste illa estimatione de necessitate vult deũ. hec autẽ estimatio manet in quolibet fideli. ḡ fidelis de necessitate vult deũ. Preterea volũtas põt velle oẽ qd̃ pticipat rõnẽ vltimi finis ⁊ sũmi boni. ḡ psente sũmo bono volũtas põt vti sua libertate in nõ volẽdo finẽ. Aut igiť volũtas vteť sua libertate. ⁊ sic nõ necessario volet. aut nõ vteť ⁊ tñ volet vti. ⁊ sic cogeť in volendo finẽ. qd̃ est incõueniens manifestũ. hec ille. Ista aũt reductio ut ex pmissis patet rationẽ nr̃am aliquaten⁹ nõ infringit. In pma nãq3 reductione falsũ assumiť in minore. s. ꝙ scia uel cognitio nõ appetať ꝑpť btitudinẽ ut superi⁹ extitit declaratum. 2a etiã reductio falsum sumit in maiore. nõ enĩ oportet ꝙ si aliqd appetiť ꝑpter finẽ necessario volitum ꝙ illud necessario appetať nisi appareat necessaria habitudo illi⁹ ad finẽ cuiusmõi sũt eẽ ⁊ viuẽ ut in pma responsiõe dictũ fuit. 3a nihilomin⁹ reductio verũ concludit vno modo nõ aũt alio mõ. ut. n. dictũ fuit nõ solũ quilibet fidelis imo q̃libet creatura necessario vult deũ implicite. nec aliqs põt deũ odire aut respuere in se. licz possit odiri in effectib⁹ suis. vñ scũs Tho. de ṽitate. q. 22. arti. 2o ad 3m. dicit. Deus põt dupliciter ꝯsiderari. s. in se. ⁊ in effectibus suis. In se quidẽ cũ sit ipsa essentia bonitatis nõ põt nõ diligi. vñ ab oĩbus eũ videntib⁹ p essentiã [illegible] quantũ quisq3 cognoscit tantũ diligit. sed in aliquibus effectibus suis inq̃tum sunt cõtrarij voluntati. sicut sũt pene illate aut precepta que grauia videntur ipse de⁹ refugiť. ⁊ quodãmõ odio habeť. ⁊ tñ oportet ꝙ illi q eum q̃tum ad aliquos effectus odiunt. in aliis effectibus diligant eum. sicut ipsi demones ꝼm Dionysium 4o ca. de diuinis nominibus appetunt esse ⁊ viuere naturaliter. ⁊ in

hec ipsum deum appetunt et diligunt. hec ille. 4° ho
reductio non obstat. dico enim quod presente summo bono
presentato viro voluntas non potest velle vti sua liber-
tate illo modo quo dicit arguens. s. non volendo ipsum
summum bonum. ut post dicetur. Similiter dico quod si intel-
lectus in via apprehendat summum bonum sub ratione bti-
tudinis uel felicitatis voluntas non potest illud nol-
le aut odire. potest tamen intellectum auertere a conside-
ratione summi boni. et sic voluntas non habebit actum cir-
ca illud. et hoc per sequentes rationes explicabitur. non tamen se-
quitur aliqua coactio in voluntate si non potest deum cla-
re visum non velle aut deum sub ratione summi boni uel
beatitudinis apprehensum odire. cuius causam assi-
gnat sanctus Tho. de veritate. q. 22. arti. 5° dicens.
Quamuis autem quandam necessariam inclinationem vltimum fi-
nem velit voluntas. nullo tamen modo concedendum est quod
ad illud volendum cogatur. Coactio enim nihil aliud est quam
violentie cuiusdam inductio. Violentum autem secundum philosophum
3° ethicorum est cuius principium est extra nihil conferente
vim passo. sicut si lapis sursum proiciatur. quia nullo modo
de se ad hunc motum inclinatur. sed cum ipsa voluntas sit quedam
inclinatio eo quod est appetitus quidam. non potest continge-
re ut voluntas aliquid velit. et inclinatio eius non sit in
illud. et ita non potest contingere ut voluntas aliquid velit
coacte uel violenter. etiam si aliquid naturali incli-
natione velit. Patet igitur quod voluntas non necessario
aliquid vult necessitate coactionis. vult tamen aliquid
necessario necessitate naturalis inclinationis. hec ille.
Idem ponit prima parte. q. 82. arti. p°. Dico igitur quod licet vti
sua libertate sit quedam participatio btitudinis. tamen non
taliter vti libertate odiendo btitudinem. aut nolendo
deum clare visum. Libertas enim arbitrij que dicitur con-
tradictionis attenditur circa ea que sunt ad finem. sicut et
electio. et non circa finem. ut dicit sanctus Tho. prima parte
q. 9. arti. 1°. vbi dicit. Liberum arbitrium habemus re-
spectu eorum que non necessario volumus aut naturali in-
stinctu. non enim ad liberum arbitrium pertinet quod volumus
esse felices. sed ad naturalem instinctum. vnde et alia ania-
lia que naturali instinctu ad aliquid mouentur non dicuntur
libero arbitrio moueri. hec ille. Idem ponit. q. 82. arti
vlti. dicens quod liberum arbitrium est potentia electiua. Et
de veritate. q. 24. arti. p°. ad. 20m. dicit quod licet respectu
finis habeamus liberam voluntatem. tamen necessitas naturalis
inclinationis libertati non repugnat. non autem liberum ar-
bitrium proprie loquendo cum sub electione non cadat. Ex
quibus patet quod arguentis reductio rationem supra positam non
infringit. Patet similiter ad alias reductiones quas facit
contra eandem tertiam principalem. Arguit enim sic. reducen-
do in oppositum secundam formam in tertia ratione principali
factam. Agens in aliquid non secundum impressionem primi mouen-
tis non necessario tendit in primum per oppositum tue propo-
sitionis. sed voluntas potest appetere aliquos fines se-
cundarios per se et precise absque impressione primi finis. ap
petit enim scire: esto quod nullum aliud bonum debeat eue-
nire per metaphisice et per ethicorum. ergo non necessario mo
uetur in vltimum finem. Preterea voluntas appetit suam
libertatem et vsum sue libertatis propter impressionem vl-
timi finis. sed volendo suam libertatem suspendit actum
suum circa vltimum finem. ergo ex impressione vltimi finis se-
quitur quod voluntas possit suspendere actum suum circa
ipsum. Ad ista siquidem dicitur. ad primum quod hec est falsa
ut patuit prius. Ad 2m dicitur quod bene concludit quod in via
vbi finis vltimus confuse videtur et per speculum. volun-
tas volendo experiri suam libertatem suspendit actum suum
circa finem. Nec oppositum huius intendit probare ter-
tia ratio. nec illud similiter intendit prima conclusio. sed solum quod
voluntas semper habitualiter appetit finem vltimum. et
nullo modo potest habere circa finem vltimum apprehen-
sum sub ratione vltimi summi boni uel btitudinis actum
fuge uel odij. aut displicibile. nec potest velle opposi-
tum btitudinis aut in illo complacere. Causa autem
quare potest hic in via suum actum suspendere circa finem
vltimum. et diuertere intellectum ab illo et conuertere ad
alia est. quia talis actus considerationis vltimi finis con
fusus aut volitio eiusdem potest apprehendi ut medium
inconueniens et insufficiens ad insecutionem vltimi finis
et alia quedam puta quies. aut consideratio aliorum ap-
paret implicite uel explicite esse medium fini propin-
quius et magis vniens et approximare faciens bono
perfecto. secus erit autem in patria. Et sic patet quod non opor-
tet si voluntas possit suspendere volitionem suam circa
finem quod possit ipsum nolle. ¶ 4a ratio principalis pro conclusione
talis est. et ponit eam sanctus Tho. prima 2e. q. 10. arti. 2°.
In motu cuiuslibet potentie a suo obiecto consideran-
da est ratio per quam obiectum mouet potentiam. visibile enim
mouet visum sub ratione coloris actu visibilis. Vnde si co-
lor proponatur visui ex necessitate mouet visum. nisi
aliquis visum auertat: quod pertinet ad exercitium actus. si
autem proponeretur aliquid visui quod non omnibus modis esset
coloratum in actu. sed secundum aliquid esset tale. secundum autem
aliquid non tale. non ex necessitate visus videret tale
obiectum. posset enim intendere ad ipsum ex illa parte
qua non est coloratum. et sic visus ipsum non videret. sicut
autem coloratum in actu est obiectum visus. ita bonum est ob-
iectum voluntatis. vnde si proponatur aliquod obiectum volun-
tati quod sit vniuersaliter bonum et secundum omnem consideratio-
nem. ex necessitate voluntas in illud tendet si aliquid
velit. non enim poterit velle oppositum. Si autem proponatur
voluntati aliquod obiectum quod non secundum quamlibet considera-
tionem sit bonum non ex necessitate voluntas fertur in il-
lud. et quia defectus cuiuscunque boni habet rationem non boni
ideo solum illud bonum quod est perfectum est tale bonum quod vo-
luntas non potest non velle. quod est btitudo. alia autem par-
ticularia bona inquantum deficiunt ab aliquo bono possunt ac-
cipi ut non bona. et secundum hanc considerationem possunt repudia-
ri uel approbari a voluntate secundum quod potest in idem ferri
intellectus secundum diuersas considerationes. hec ille.
Idem medium tangit de veritate. q. 24. arti. p°. ad. 15m.
Sicut inquit aliquod verum propter impermixtionem
falsi de necessitate ab intellectu recipitur: sicut pri-
ma principia demonstrationis. ita est aliquod bonum
quod propter malitie impermixtionem de necessi-
tate a voluntate appetitur scilicet ipsa felicitas. non tamen
sequitur quod ab illo obiecto voluntas cogatur. quia coactio di-
cit aliquid contrarium voluntati quod est propria inclinatio voluntatis
non autem dicit aliquid contrarium intellectui quod non dicit

inclinationem intelligentis. Et.q.22.arti.5. ad 3m dicit simile. Intellect⁹ inqt aliqd nãliter itelligit.sic τ volũtas aliqd nãlr vult.sed coactio nõ est ɔ̃ria intellectioni ſm suã rõnẽ.sicut volũtati.intellect⁹ eni τ si habeat inclinationẽ ad aliqd.non tñ noiat ipsam inclinationẽ hoīs.ſʒ voluntas ipsam inclinationem hoīs noiat. vñ quicqd fit ſm voluntatẽ fit ſm inclinationẽ hoīs τ p hoc non põt eẽ violẽtũ. sed opatio intellectus põt esse ɔ̃ inclinationẽ hoīs que est voluntas ut cũ alicui placeat aliqua opinio sed ꝓpter efficaciã rationũ deducit̃ ad assentiendũ cõtrarie p intellectũ.hec ille. Uerũtamẽ ad hãc rõnem dicit Aureolus ꝙ põt sic ad oppositũ reduci. Ab illo nõ põt voluntas resilire i quo nullã mali repert rationem sed potius oīs boni.ergo cũ in deo accepto a viatore sub rõne oīs boni viator nihil tale reperiat stante ista estimatione nõ poterit resilire τ sic null⁹ peccare poterit nisi fiat ṗus hereticus. Addit etiã ꝙ volũtas in resiliẽdo a sũmo bono habet aliqd cur non velit eã.s.experientiã ꝓpãe libertatis. Preterea suspensio volitiõis respectu vltimi finis potest apphendi sub rõne boni inq̃ʒtum in illa suspensione ẽ magna libertas.τ inq̃ʒtũ illa volitio includit quãdam inutilem occupationem.occupari videlicʒ in cõtinua musitatione respectu finis. igit̃ non apparet cur non possit voluntas ꝓsequi istam suspensionẽ.τ qñ in fine sic ɔ̃siderato repiat̃ aliquis defect⁹ boni scʒ inanis occupatio in eius volitione. Sʒ ista reductio pverse mouet.cũ eni dicit̃ ṗmo ꝙ de⁹ cõcept⁹ a viatore sub rõne oīs boni potest odiri.falsũ ẽ.imo ſm ꝙ dicit scũs Tho.prima pte.q.60.arti.5. inq̃ʒtum deus est cõe bonũ omniũ: vnũquodq̧ naturaliter diligit deũ plus q̃ʒ seipsum.licʒ dicat̃ odio haberi q̃ʒtum ad aliquos eius effectus qui volũtati hoīnʒ ɔ̃trariant̃. Qꝫ aũt quelibet res naturali dilectiõe plus diligat deũ q̃ʒ se arguit sic. Inclinatio naturalis in his que sũt ſm rõnẽ demõstrat naturalem inclinationẽ in volũtate nature intellectualis. vnũquodq̧ autẽ in rebus naturalib⁹ qđ ſm naturã hoc ipsũ qđ ẽ alteri⁹ est ṗncipali⁹ tendit in illud cui⁹ est q̃ʒ in seipsũ. τ hec naturalis inclinatio demõstrat̃ ex his que naturaliter agunt̃.qꝛ vnũquodq̧ sicut agitur naturaliter sic aptum natũ est agi.ut dicitur 2. physicoꝝ. videmus eni ꝙ naturaliter pars exponit se ad conseruationẽ totius corpis.τ qꝛ ratio imitatur naturã.hᵒ imitationẽ inuenimus in ṽtutibus politicis.est eni virtuosi ciuis ut se exponat mortis periculo ꝓ toti⁹ reipublice conseruatiõe.τ si homo esset naturalis pars hui⁹ ciuitatis hec inclinatio eẽt ei naturalis.qꝛ igitur vniuersale bonũ est ipse de⁹.τ sub hoc bono cõtinet̃ homo τ angelus τ oīs creatura.qꝛ oīs creatura naturalr ſm illud qđ est dei ẽ.sequitur ꝙ naturali dilectiõe angelus τ hõ plus τ ṗncipalius diligat deũ q̃ʒ seipsũ.alioqn si naturalr pl⁹ se q̃ʒ deũ diligeret.seq̃ret̃ ꝙ naturalis dilectio esset pua [illegible] τ ꝙ nõ pficeret̃ p charitatẽ sed destrueret̃. hec ille. Quid aũt vocet dilectionẽ naturalẽ ostendit arti.2. dicens.ꝙ dilectio boni qđ hõ naturaliter vult sicut finis est dilectio nãlis. dilectio aũt ab hac deriuata q̃ est boni qđ diligit̃ ꝓpter finẽ est dilectio electiua.nec tñ sequit̃ ut arguens infert.ꝙ nullus possit peccare uel deũ odire.nisi fiat heretic⁹.nec ꝙ hõ nũq̃ʒ peccet ex q̃ deũ illo mõ necio diligit. Illud eni argumẽtũ facit scũs Tho.ibidẽ arti.5. Dilectio inquit naturalis sp manet manente natura.sed diligere deũ plus q̃ʒ seipsũ non manet in peccante homine uel angelo.igitur τc̃. Et respõdet: dicendũ inquit ꝙ de⁹ ſm ꝙ est vniuersale bonũ a quo dependet omne bonũ naturale diligit̃ dilectione naturali ab vnoquoq̧.inq̃ʒtum ṽo est beatificans oẽs beatitudine supnaturali:sic diligit̃ dilectiõe charitatis. hec ille. Ex quo patet ꝙ ſm eum quilibet quãtumcunq̧ peccet diligit tñ deum naturaliter.nõ tñ dilectione charitatiua.τ hoc illi imputat̃ ad peccatũ.nõ aũt prima dilectio scʒ naturalis ad meritũ. Idẽ ponit.2a.2e.q.26.arti.3. Et de malo.q.16.arti.4. ad 15m. Diligere se ꝓpter deũ inq̃ʒtum est obiectũ supnaturalis beatitudinis τ actor gratie est actus charitatis.sed diligere deum sup omnia τ se ꝓpter deũ inq̃ʒtum in eo cõsistit bonũ naturale omnis creature cõpetit naturaliter non solũ creature rationali sʒ etiã brutis aīalib⁹ τ corporib⁹ inanimatis inq̃ʒtum participant nãli amore rationem sũmi boni.ut dicit Dionysi⁹ 4. ca. de diuinis noībus.hec ille. Ex qb⁹ oībus patet ꝙ viator concipiens deũ sub rõne boni oīo pfecti.nullo modo põt eũ respuere.imo necessario eum diligit si aliquẽ actum circa deũ habet.conceditur tñ ꝙ potest eum p accidens odire odiendo ei⁹ aliquos effectus volũtati pfecte cõtrarios.sicut sunt punitiones τ prohibitiones.quibus odio habitis per se retorquetur per accidens odium in deum causantẽ tales effect⁹.de⁹ eni apprehẽsus sub rõne infligentis penam apprehendit̃ a peccante tãq̃ʒ iniustus uel malus. Nec tñ oportet ꝙ taliter eum apprehendens sit hereticus ilico.quia forte illa apprehensio est in pte sensitiua ex vehemẽtia passionis.τ nõ ex dictamine rationis q̃ habitualiter dictat deũ nullam rationẽ mali habere.τ ideo talis non est hereticus plus q̃ʒ freneticus iudicans deum esse iniustum.aut aliter passionat⁹ qui actu false iudicat ſm partem sensitiuã ratione bene habituata habitu fidei p passionem absorta τ ligata ne in rectũ iudiciũ de dei bonitate τ puritate ab omni malicia ꝓponat voluntati. Cum iterũ arguens 2o et 3o. addit ꝙ in fine vltimo apprehẽso in vniuersali voluntas inuenit cur τc̃. Dico ꝙ volũtas in quocunq̧ cur super quo fert̃ nõ fertur nisi ꝓpter participationẽ vltimi finis in tali cur inuentam.τ ideo quãtũcunq̧ suspendat actum dilectiõis circa vltimũ finem sub vniuersali ratiõe apprehensum.tamẽ si fertur sup aliqd ṽtualiter fertur sup vltimũ finẽ τ implicite diligit illum. Dico 2o. ꝙ hoc argumentum solum probat ꝙ vltim⁹ finis nõ necessario actu diligit̃ τ explicite.qđ cõceditur.sed nõ ꝓbat ꝙ possit odiri.τ h solũ videtur ſtã [illegible] ꝙ nõ stat sil ꝙ intellect⁹ apphendat beatitudinẽ sub rõne pfecti boni τ ꝙ volũtas ꝓpter odio illã habeat

quantulicunq₃ enim talis appꝑhensio vltimi finis sit
vniuersalis cōis aut cōfusa et imꝑfecta. tñ dilectio
non fert̃ super appꝑhensionem sed sup appꝑhensum.
ꝛ licȝ cōtinuatio dilectionis vltimi finis possit appa
rere varia. nō tñ ipsam dilectā ꝓut ē dilectionē. ꝛ iō
lȝ volūtas habeat curꝛ motuū ad suspēdendū illā
multiplicationē non tñ ad odiendum beatitudinē sic ap
ꝑhensam. ¶ 2ᵃ ꝯ̃ ꝑncipalis huiꝰ articuli ē ꝙ lȝ volū/
tas necessitate nālis inclinationis velit beatitudinē
apprehensam sub rōne sūmi boni aut btitudinis aut
felicitatis. nō tñ necessario vult eā appꝑhensam sub
aliq̄ speciali rōne illiꝰ in q̄ beatitudo ꝯsistit. ꝛ h̄ dū est
in via. Istā ponit scūs Tho. ꝑma 2ᵉ. q. 5. arti. 8. Bea
titudo iquit pōt dupliciť ꝯsiderari. Uno mō ẜm ra/
tionē cōem btitudinis ꝛ sic necesse est ꝙ oīs hō bti/
tudinē velit. Rō aūt cōis beatitudinis ē ut sit bonū
ꝑfectū. Cū āt bonū sit obiectū volūtatis. ꝑfectū bo
nū ē illud qȯ totaliť eiꝰ volūtati satisfacit. vñ appe/
tere beatitudinē nihil aliud ē q̄ȝ appetere ut volun/
tas satiet̃: qȯ glibet vult. Alio mō possumus loq de
beatitudine ẜm specialē rōnem q̄tū ad illud in quo
beatitudo ꝯsistit. ꝛ sic nō oēs cognoscunt btitudinē
q2 nesciūt cui rei cōis rō btitudinis ꝯueniat. ꝛ ꝑ ꝯñs
q̄tū ad h̄ nō oēs eam volūt. hec ille. Et ibidē ad 2ᵐ
dicit. Cū volūtas sequat̃ appꝑhensionē itellectꝰ seu
rōnis. sicut ꝯtingit ꝙ aliqd ē idē ẜm rē qȯ tñ ē diuer
sum ẜm ꝯsiderationē rōnis. ita ꝯtingit ꝙ aliqd ē idē
ẜm rē ꝛ tñ vno mō appetit̃ ꝛ alio mō non appetitur.
Btitudo ꝗ pōt ꝯsiderari sub rōne finalis boni ꝛ ꝑfe/
cti q̄ ē cōis rō btitudinis. ꝛ sic nāliter ex necessitate
volūtas ī illud tēdit. ut dictū est. Pōt etiā ꝯsiderari
ẜm aliq̄s speciales rōnes uel ex ꝑte ipsiꝰ operatiōis
uel ex ꝑte potentie oꝑatiue. uel ex ꝑte obiecti. et sic
nō ex necessitate volūtas tēdit in ipsā. hec ille. Idē
ponit. 4ᵒ sen. di. 49. q. 1. arti. 3. questiuncula. 1. ad ꝑi
mū. vbi sic dicit. Uisibile ē duplex. s. ꝑ se. ut color. et
ꝑ accidēs ut hō. ita etiā ꝛ appetibile qȯ est volūtatis
obiectū dupliciť pōt accipi. s. ꝑ se ꝛ ꝑ accidēs. per se
obiectū volūtatis ē bonū. sȝ ꝑ accidēs ē hoc uł illud
bonū. ꝛ sicut bonū cōiter loquēdo ē obiectū volun/
tatis. ita ꝛ summū bonū est finis vltimatus volun/
tatis ꝑ se loquēdo. sȝ h̄ uel illud ponit̃ ut vltimus fi/
nis volūtatis ꝛ ꝑncipale obiectū eius q̄si ꝑ accidēs
beatitudo aūt q̄tū ad illud qȯ in ipsa est ꝑ se volun/
tatis ꝑncipale obiectū est oībus nota. sed q̄tum ad
illud qȯ accidit ꝑ se obiecto nō est nota. oēs enim co
gnoscunt ꝑfectū bonū ꝛ hoc appetunt dū beatitu/
dinē appetunt. sed hoc ꝑfectū bonū esse voluptatē
uel diuitias uel virtutē uel aliqd hmōi ē ꝑ accidens ꝛ
iō circa h̄ nō ē iconueniēs multos eē errores. Q̄uis
eni diuina visio sit btitudo nō seq̄t̃ tñ ꝙ q̄cūq̄ appe/
tit btitudinē appetat diuinā visionem. q2 beatitudo
in q̄tū hmōi importat ꝑ se obiectū volūtatis ꝑmū. non
aūt ipsa diuina visio. sicut aliq̄s appetit dulce qui tñ
nō appetit mel. Sic etiā nō sequit̃ ꝙ aliq̄s appetē/
do beatitudinē appetat illud qȯ ẜm rei veritatē est
beatitudo. ita etiā non seq̄t̃ ꝙ aliq̄s spernēdo illud
qȯ ẜm rei veritatē est beatitudo btitudinē spernat.

sicut nō sequit̃ ꝙ qui ignorat hominē ignoret albū.
licȝ hō sit albus. hec ille. ad ꝑmū 2ᵐ ꝛ 4ᵐ aliquibus
dimissis. ¶ 3ᵃ ꝯ̃. ꝙ voluntas ꝓ statu vie nihil neces/
sario actualiť vult nec ab aliquo obiecto mouetur
necessario q̄tū ad exercitiū actus licȝ q̄tū ad spe/
ciē actus necessario ab aliq̄ moueat̃ obiecto. Istam
ꝯ̃nem ponit scūs Tho. ꝑma 2ᵉ. q. 10. arti. 2ᵒ. Uolun/
tas inquit dupliciť mouet̃. Uno mō q̄tū ad exerci
tium actus. Alio mō q̄tū ad specificationē q̄ est ex
obiecto. Primo igit̃ mō voluntas a nullo obiecto
ex necessitate mouet̃. pōt eni aliq̄s de quocūq̄ ob/
iecto nō cogitare ꝛ ꝑ ꝯsequens nō actu velle illud.
sed q̄tū ad 2ᵐ modū motionis ab aliquo obiecto ex
necessitate mouet̃. ab aliq̄ autē nō. hec ille. A quibꝰ
aūt obiectis moueat̃ necessario q̄tum ad specifica
tionē actus ostēdit ꝙ a solo finē vltimo qȯ ẜm om/
nem ꝯsiderationē eiꝰ est bonū. ꝛ media eius recita/
ta sunt in 4ᵃ rōne ꝓ ꝑma ꝯ̃ne que incipit: in motu
cuiuscūq̄ potētie ꝛc̄. Quid aūt sit moueri q̄tū ad
exercitiū actꝰ. ꝛ quid moueri q̄tū ad specificationē
actus. manifestat. q. 9. arti. ꝑ. dicēs. Aliquid in tan/
tum indiget moueri ab aliq̄ in q̄tū est in potētia ad
plura. oportet eni ut illud qȯ est in potētia reducat̃
ad actū. ꝛ h̄ est moueri. Dupliciť antē aliqua vis aīe
inuenit̃ esse ad diuersa in potētia. Uno mō q̄tū ad
agere uel nō agere. Alio mō q̄tū ad agere h̄ uel il/
lud. sicut visus q̄nq̄ videt actu. q̄nq̄ nō videt actu
ꝛ q̄nq̄ videt albū. q̄nq̄ videt nigrū. Indiget igitur
mouente q̄tū ad duo. s. q̄tū ad exercitiū uel vsum
actus ꝛ q̄tū ad determinationē actꝰ: quorū ꝑmū
est ex ꝑte subiecti qȯ q̄nq̄ inuenit̃ agens q̄nq̄ non
agens ꝑ te. aliud ex ꝑte obiecti ẜm qȯ specificatur
actu. hec ille. Eandē ꝯ̃nem ponit de veritate. q. 22.
arti. 6ᵒ. dicēs. Ex h̄ dr̃ aliqd esse necessariū qȯ ē imu
tabiliť determinatū ad vnū. vñ cū volūtas indeter/
minate se habeat respectu multoꝝ non hȝ respectu
oiuȝ necessitatē sȝ respectu eoꝝ tm̄ ad q̄ nāli incli/
natiōe determinat̃. ꝛ q2 omne mobile reducitur ad
imobile ꝛ indeterminatū ad determinatū. iō opor/
tet ꝙ illud ad qȯ volūtas ē determinata sit ꝑncipi/
um appetēdi ea ad que non est determinata. ꝛ hoc
est vltimus finis. Inuenit̃ aūt indeterminatio vo/
luntatis respectu triū scilicȝ respectu obiecti. respe/
ctu actus. ꝛ respectu ordinis in finē. respectu obie/
cti quedā est indeterminata voluntas q̄tum ad ea
que sunt ad finem ꝛ non q̄tū ad ipsum finē vltimū.
multis eni vijs ꝑueniri potest ad vltimū finem ꝛ di/
uersi diuersas vias appetunt ꝑueniendi in ipsum. ꝛ
ideo nō potuit esse appetitus voluntatis determi/
natus in ea que sunt ad finem. sicut est in rebus na/
turalibus que ad certum finem ꝛ determinatū non
habent nisi certas ꝛ determinatas vias. ꝛ sic patet
ꝙ res naturales sicut de necessitate appetūt finem
ita ea que sūt ad finem. ut nihil sit in eis accipere qȯ
possint appetere ꝛ nō appetere. sȝ volūtas de neces
sitate appetit finē vltimū ut nō possit ipsū nō appe/
tere. sȝ nō de necessitate appetit aliqd eoꝝ q̄ sūt ad
finē. vñ respectu hꝰ ē ī ꝑtāte eiꝰ appetere h̄ uł illud.

et cognitiõe procedentem. Dicit etiã ibi q̃ ptes p̃me imaginis que scʒ attẽditur ſm mentẽ noticiã ⁊ amorem dicũt res distinctas ab aĩa. nam ſm eũ mens nominat potẽtiã. s. generalem. ut s̃ expositũ est. noticia ũo ⁊ amor habitus in ea existentes. Ex quibus patet similiter ꝯ̃ tota. Uerũtñ p̃ sen. videtur oppositũ istoꝝ aliqualiter resonare. sed talia dicebat sustinẽdo opinionem magistri.

Sed contra dictas ꝯ̃nes arguitur a multis. Cõtra p̃mam arguit Scotus sic. Ponenda est paucitas vbi non occurrit plura ponendi necessitas. ponendũ est etiã quod nobilitat naturã aĩe vbi nõ occurrit impossibilitas. sed nõ est necessitas ponẽdi aĩam per aliqua accidentia supaddita esse p̃ncipiũ suoꝝ actuũ. ut patet soluendo argumenta in cõtrariũ. g̃ ponẽdũ est q̃ per essentiã suã sit principiũ suoꝝ actuũ. Q̃ aũt hec sit nobilitas in anima patet. quia si esset imperfectionis imediate opari ad actũ. tunc hoc nõ esset cõcedendũ deo. g̃ ẽ imperfectionis. si ergo hoc sit possibile anime ut patet soluendo argumenta in oppositũ. hoc debet concedi essentie aĩe quia ipsam nobilitat. Item nobilitatis est q̃ ordinatũ ad finẽ imediatius attingat finem. sʒ si aĩa opaꝛ p essentiã imediatius attinget finẽ suũ q̃ si opeꝛ per aliquod aliud accidens supadditũ. g̃ ponere aĩam per eẽntiã suam operari nobilitat illã. ¶ Itẽ nõ est ꝓpria perfectio alicuius quod nõ recipitur in eo sed in alio in quo põt recipi si non esset ei⁹. sʒ si intellectus esset accidens additũ essentie aĩe in eo recipereꝛ vnio dei licʒ separeꝛ ab essentia aĩe. ⁊ sic illud accidens esset btm̃ p se. ⁊ anima nõ nisi p accidẽs sicut lignũ dicitur albũ p accidens. quia superficies ẽ in q̃ p̃mo recipiꝛ albedo. vñ si intellect⁹ esset accidẽs non magis beatitudo esset perfectio aĩe q̃ albedo sit pfectio ligni. ¶ Itẽ 3°. aliquis actus p̃m⁹ inferior anima põt esse ĩmediatũ p̃ncipiũ operationis. igitur hoc non repugnat anime que ẽ actus pfectior. añs patet in accidentibus. p̃mo quia si nullũ accidens seu null⁹ actus accidentalis eẽt p̃ncipiũ imediatum operandi. erit ꝓcessus in infinitũ. 2° hoc patet in substantijs inferioribus necesse est eni subam imediate generari a suba siue i gñatiõe vniuoca siue equiuoca. qđ ꝓbaꝛ quia necessario forma generantis est eque pfecta uł perfectior q̃ forma geniti. sed impossibile est formã accidentalẽ quãcũq; esse perfectiorẽ forma substantiali. g̃ forma subalis erit imediate p̃ncipiũ generãdi. si dicas q̃ forma accidentalis non est p̃ncipale agẽs g̃ aliqua efficientia datur supiori agenti. s. substantie. Item vbi p̃ncipale agens non habere põt instrumentum p quod attingat passũ ibi imediate attingit terminũ ꝓductũ. sed in generatiõe subale instrumentũ non põt attingere passũ. ꝓbatur. quia quicqd supponitur ab actu primo incõtũ est actus p̃mus supponiꝛ ab actu 2°. sed forma accidentalis necessario p̃suppo nit in mã formã subalem. g̃ actio forme accidentalis necessario p̃supponit in materia formã substantialẽ. igiꝛ tunc non vtiꝛ eo. s. instrumento. igitur imediate. hec sũt argumẽta ei⁹ 2° sen. ¶ 4° loco arguit Aureolus i suo q̃libet. q. 6. Nulla q̃litas nec aliqđ accñs est potẽtia pura ab oĩ actualitate denudata. sed intellectus possibilis ẽ h̃mõi. igiꝛ intellect⁹ possibilis non ẽ q̃litas nec accñs. a⁹ manifesta ẽ. sʒ minorẽ ꝓbat dupliciter. Primo sic. Si intellectus possibilis sit aliq̃ entitas actualis uel in actu quero igiꝛ an intelligat se per eẽntiã suã sic q̃ sua realitas sit sua intellectio aut intelligat se recipiẽdo intellectionẽ sui a seipso sicut recipit a ceteris obiect⁹. Nõ põt dici 2°. q2 illud qđ p eẽntiã suã ẽ intellectio. ĩpossibile ẽ q̃ sit susceptiuũ alterius intellectiõis. q2 recipiẽs nõ põt esse de nã specifica aut gñis ꝓpinqui rei recepte sicut pʒ q̃ nulla figura pot esse p̃ncipiũ recipiẽdi alias figuras. nec albedo alios colores. cũ igiꝛ intellect⁹ possibilis sit illud q̃ aĩa recipit oẽm intellectionẽ. ĩpossibile ẽ q̃ sic intellectus sit eẽntialiꝛ intellectio. igiꝛ nullo mõ intelliget se sua aliq̃ realitas i actu puta q̃litas. qđ ẽ absurdũ dicere. 2° probaꝛ eadẽ h⁹. Illud q̃ recipiẽs p se p̃mo recipit. necio ẽ in sua nã denudatũ a nã specifica aut gñis ꝓpinqui rei recepte sic q̃ nec ẽ eiusdẽ spẽi nec eiusdẽ gñis ꝓpinqui cũ illo qđ recipiꝛ. ⁊ h̃ patet siue receptio sit realis siue intẽtionalis. vñ capio istã maximã uel ꝓpositionem de receptiõe intẽtionali sic. Nulla realitas in actu põt eẽ rõ recipiẽdi spẽm uel similitudinẽ alicui⁹ qđ sit eiusdẽ spẽi uel gñis ꝓpinqui. imo oportet q̃ illa realitas sit in illo genere uel spẽ illa potẽtialiter nõ in actu. non eni illud q̃ ocul⁹ recipit spẽm coloris ẽ aliqs color. sʒ diaphoneitas. nec illud q̃ auris recipit sonũ ẽ fractio aeris. sʒ poti⁹ aer frangibilis. ⁊ rõ hui⁹ est. quia oportet illud q̃ recipiẽs recipit eẽ potẽtiale. ⁊ receptiuum eẽ actuale. vnũ aũt idiuiduũ infra eandẽ spẽm nõ se habet ad aliud ut potẽtiale. nec etiã vna spẽs ad aliã infra idẽ gen⁹ cũ sint ꝯ̃rie. sed cõstat q̃ aĩa recipit per intellectũ possibilem omnem entitatem existentẽ in actu. receptiõe dico non reali sed intẽtionali. ergo non potest eẽ in actu eiusdem generis ꝓpinqui aut eiusdẽ speciei cum aliquo ente actuali. oportet igitur vnum dare de duobus: scʒ q̃ intellectus possibilis differat genere ⁊ specie ab omni alio. quod est erroneum. uel q̃ in se non sit alicuius speciei in actu. ⁊ per ꝯ̃ñs erit pure potentialis. Et sic patet h⁹ sumpta. sequitur ergo q̃ intellectus possibilis non sit aliqua forma accidentalis. ¶ 5° arguit sic ſm mentem Aristotelis. Intellectus agens semper intelligit ⁊ continet in virtute omnes formas intelligibiles. sed nulla qualitas est h̃mõi. nec est probabile philosophũ hoc sensisse. dicit etiam ph̃us q̃ intellectus agens est substantia actu ens. ⁊ q̃ est perfectio intellectus possibilis. sed hoc non potest dici de aliqua qualitate aut de quocunq; accidente. igitur intellectus agens non est accidens distinctũ ab aĩa nostra. ¶ 6° arguit sic Okam. Omne quod ſm sui mutationem est susceptibile contrariorum est substantia. sed intellect⁹ possibilis ⁊ voluntas ſm sui mutationem sunt susceptibiles contrarioꝝ. g̃ quodlibet eoꝝ est suba. a⁹ patet p ph̃m in predicamentis ca° de suba. h⁹ patet. nam intellectus ẽ susceptiu⁹ cõtrariarũ opinionũ successiue ſm sui mutationẽ. similiꝛ voluntas ſm sui mutationẽ ẽ susceptiua

ns a virtutis [illegible] z contrariarum volitionum. igitur.
¶ 7º arguit sic Adam. q. 15. pmi. Aia intellectiua siue
mens fm Aug. eo est imago dei quo capax eius est
sed per naturā suā ē capax. quia oi circūscripto a na
tura aie. adhuc ipsa ē capax dei. i. cognitionis z frui
tionis dei. ḡ oi alio circūscripto est in aia imago dei
z diiter potentie. ¶ 8º arguit. Frustra fit per plura
quod eque faciliter potest saluari p pauciora. sz sine
omni tali distinctiōe reali preuia ipsis actib' mō quo
exposuit actor libri de spū z aia faciliime potuerunt
saluari alia. ppter que alii ponūt potētias aie distin
gui realiter sub aia. dicit eni sic. Aia ē spūs rationa/
lis z itellectualis bone maleqꝫ volūtatis capax. atqꝫ
fm suū officiū operis varijs nūcupat nominib'. Di/
citur nāqꝫ anima dum vegetat. spirit' dum contem/
platur. sensus dū sentit. anim' dum sapit. mens dum
intelligit. ratio dum discernit. dum recordat memo/
ria. dum vult volūtas. Ista tamē non differūt i sub/
stantia queadmodū in nominib'. qm̄ ista quasi vna ē
anima. ¶ 9º. qz omni alio circūscripto a natura intel/
lectuali hac. s. ab ipsa anima. ipsa nata est intelligere
igitur ipsa est intellect'. ex hoc eni qꝫ talis natura na
ta est intelligere: ipsa dicit intellect'. similiter hec na
tura omni alio circūscripto nata est velle. igit hec na
tura est voluntas. quia ex hoc solo qꝫ talis natura na
ta est velle: uel est potens velle ipsa dicit voluntas.
z ex hoc sequit qꝫ nec voluntas nec intellectus sunt
aliud ab essentia anime nec ab inuicē. quia hoc natū
intelligere est natū velle. ergo intellectus est volun
tas. z hoc non solum inquit dicerem de intellectu z
voluntate. sz in omni sensu in hoīe. Cui osentit actor
libri de spū z animā dicens. sensus vo vnus est i aia.
z cum non sit nisi vnus. verūtamē ppter varia exer/
citia varie nūcupatur. dicit nāqꝫ sensus imaginatio
rō intellect' intelligētia z hec oia i anima nihil aliud
sunt qꝫ ipsa anima. ¶ 10. arguūt sic alij. Eadē sūt pn/
cipia essendi z operandi etiā imediata loquendo de
esse sup qd imediate fundat opari. sicut ignis p illud
quo est calidus imediate calefacit. s. calore. licz non
eodē sit ignis. nam calefacere non est opus ignis ut
ignis est. sed ut calid' ē. vn̄ calidū calefacit nō ignis
ergo eodē quid est animatū z habet opera vite. sed ē
aiatū imediate p aiam. ergo z operatur p aiam ime/
diate opa vite. s. vegetare sentire z intelligere. ¶ 11º.
quia actus z potentia sunt in eodē genere. sed actus
potētie generatiue z aliarū potentiarū ptis vegeta/
tiue vident esse substantie z terminari ad substantiā
ḡ dicte potētie vere sūt substantie. ¶ Confirmat. qz
formalis termin' pductionis nō pōt esse pfectior pn
cipio imediate pductiuo. sz formalis termin' actuū
ptis vegetatiue est dignior oi accidente. igit pncipiū
imediatū taliū actuū nō est accn̄s. sed dignius acci/
dente. ¶ 12º. qz si potentie aie sint accidentia ab aia di
stincta. ipsa fluūt ab eēntia aie fm aduersarium. aut
igit aia est imediatū principiū pductiuū taliū poten/
tiarū aut nō. sz mediate aliq accn̄te est pncipiū illarū.
Si 2º. mō ē pcessus in infinitū. si pº mō. tūc rōne eadē
pōt poni qꝫ essentia anime ē imediate pncipiū suorū
actuū z nō mediāte qcūqꝫ ab ea distincto. ¶ 13º. quia
nā ē pncipiū mot' z quietis ei' in qō ē p z p se. z nō per
accn̄s. ut dicit 2º. phisycoꝝ. sz nā pncipaliter dr for/
ma. ibidē. igit aia est pncipiū suorū actuū imediatū.
qz si mediāte aliquo accn̄te iā non est pncipiū per se
sz p aliud accn̄s. ¶ Cōtra 2am pnē arguit sic fm Sco
tū vbi s. Possibile inqt ē vnū oio indistinctū re z rō/
ne esse pncipiū actuū distinctorū. non enim requirit
distinctio realis in pncipio respectu diuersoꝝ actuū
ut pz de pncipio equoco respectu actuū equiuocoꝝ
nec etiā requirit aliq distinctio rōnis. qz licz nos pos/
sum' cōsiderare pncipiū diuersimode. z ipsū cōpare
ad diuersos act' z ad diuersa obiecta. tn̄ ppter talē
osiderationē rōnū nulla causalitas attribuit pncipio
z iō pncipiū ut effectiuū diuersoꝝ actuū nō exigit di
uersitatē rei nec rationis. ut pz de sole qui de se eo qꝫ
illūitat' ē ad plures effect' pōt esse causa illoꝝ sine
aliqua distinctiōe rei uel rōnis. z ita essentia aie sine
aliq distinctione rei uel rōnis pōt esse imediatū pnci/
piū intelligendi z volendi. nō oꝫ ḡ ponere voluntatē
z intellectū realit inter se distingui aut eē potentias
diuersas ¶ 2º. arguit Aureol' vbi s. pbādo qꝫ mens
phi z sui cōmentatoris fuit qꝫ intellect' z volūtas nō
differūt realit. sed fm diuersas denominatiōes. Nā
cōmentator 3º. de aia cōmento. 49º. dicit. qꝫ cū desi/
deratū mouet intellectū. tūc desiderabit intellect' z
cū desiderauerit tūc mouebit hō. s. virtute deside ra
tiua. s. intellect'. z sequit qꝫ intellect' qn̄ cōprehēdit
aliqd desiderabit z mouebit. z necesse ē qꝫ ipse intel/
ctūs sit mouēs ut ē desiderās. nō fm qꝫ est cōprehen
dens. nec fm qꝫ est desiderū est alia virt' ab intelle/
ctu desideratiuo. Phus etiā 6º. ethicoꝝ et 3º. vbi lo/
quit de electione indifferenter ait qꝫ est appetit' in/
tellectus. uel intellect' appetitiuus. Et 3º. de anima
cōmento. 49. dicit. Si enim duo. s. appetitus z intel
lectus mouebunt fm cōmunē aliquā vtiqꝫ speciem
mouebunt. Vn̄ phs z cōmentator expresse vidētur
dicere qꝫ eadem est virtus fm rem que desiderat z
cōprehendit qꝫuis differat fm diuersas denomina/
tiones. ¶ 3º. arguit sic Adam. uel argui pōt ex dictis
eius. Omnis actus voluntatis est quedam cognitio
uel intellectio. ergo omnis voluntas est intellectus.
tenet oñ̄a. quia si voluntas esset alia potentia ab in/
tellectu fm rem. tunc posset voluntas elicere actum
qui non esset cognitio. antecedens autem ipse pro/
bat multipliciter. Primo sic. quia si aliqua volitio non
esset cognitio: de' posset destruere visionē dei con/
seruādo fruitionem. z ita amaretur incognitū quod
est incōueniēs. z patet falsitas istius per Augustinū
9º. de trinitate caº. 4º. Et magistꝝ. 3. dis. pmi. Mens
inquit amare seipsam non potest nisi etiam nouerit
se. nam quomodo amat quod nescit? Et i fine illi' ca
pituli dicit. qꝫ si mens non nouit non amat se. Et ali/
bi. Inuisa diligere possumus: incognita autem ne/
quaqꝫ. patet oñ̄a. quia si essent absoluta realiter di/
stincta deus potest facere vnum sine reliquo. ¶ 2º.
probatur idem antecedens. quia tunc voluntas eēt
ceca. quia nihil cognosceret p actū suū de obiecto.

¶ 3° qr tunc posset aliquis esse beatus. et tamen non videret nec cognosceret deum. ¶ 4° qr impossibile est simpliciter incognitũ placere volũtati. sed posito solo actu amandi qcũqz alio circũscripto placet obiectum dilectũ. ¶ 5° qr actus fidei non posset esse sine actu volendi. cõñs est falsum. qr nullus credit nisi volens. sm Augm super Joh. omel. 97. Intrare ecclesiam potest aliquis nolens: sed credere nõ nisi volẽs. ¶ 6° qr tunc voluntas posset in oppositũ cuiuslibet dictaminis sine noticia. et ita ferri in incognitum ¶ 7° qr omnis experientia alicuius obiecti ẽ quedã cognitio eiusdem. sed omnis actus appetitiuus est quedã experientia sui obiecti. i. quo anima expitur tale obiectũ. quia omnis actus vitalis est quedã experientia. aliter non plus video qz esset actus vitalis anime q̃ʒ species preuia omni actu si ponatur. vel habitus infusus vel color sui obiecti. sed omnis cognitio et volitio est actus vitalis. ergo. ¶ 8°. Nõ magis incõueniens est omnẽ volitionem ponere cognitionem quãdã. licz non omnis cognitio sit actus appetendi q̃ʒ qz omnis assensus sit apprehensio quedã licz non omnis apprehẽsio sit assensus vel dissensus sed illud non est incõueniens. igitur nec primũ. ¶ 9° quia vna operatio est vltimus finis hominis et nulla nisi cognitio et dilectio. igitur etc. probatur hor. quia si sit cognitio que non est dilectio. deus potest illã conseruare sine dilectione. et tunc homo posset esse beatus qui deum non diligeret. nec potest esse dilectio que non sit cognitio. quia tunc in patria cum beatitudine hominis staret qz deus oio esset incognitus. quod est falsum. ¶ 10. qr Aug° 12° de trinitate dicit qz amor dei est sapientia. et quasi idem totaliter habetur ench. ca° 64. Nunquid dicturi sumus voluntatẽ nostram quando recta est nescire quid agit. porro si sic inest ei sua quidẽ scientia. an vo audiend° est quispiã dicens charitatẽ nescire quid agat cum non agit pperam. Et ca° 65° Amor vnu° meminit atqz intelligit quid appetere debeat aut quid vitare. ¶ 11° quia Gregorius in omel. super illud Joh. Quecũqz audiui a patre meo nota feci vobis. dicit. Dum audita seruaui et amaui. iam noui. quia amor ipse noticia est. ecce motiua eius ad probandum minorem superius assumptam. s. qz ois volitio est cognitio. et cõñter omnis potentia volitiua est cognitiua. et sic volũtas est intellectus sm rem. ¶ 4° principalit̃ arguit ipse in alia questiõe. Si enĩ intellectus et voluntas distinguitur. aut hec est distinctio rationis solũ et hoc non potest dici. quia talis distinctio causaretur p actum. sed actus et voluntas precedunt omnẽ actum intellectus aut voluntatis: aut illa distinctio esset ex natura rei. et hoc non. quia aut illa diuersitas esset ponenda propter diuersitatem actuum aut propter diuersitatem modorũ principiãdi. non propter primũ. quia tunc tot essent potẽtie intellectiue: quot essent actus intelligendi sm speciem distincti. quod nõ est verum. nec propter 2m. quia principiare libere et necessario respectu diuersorũ non opponuntur. ut patet de bonitate dei qui necessario vult se. et alia contingenter. pater etiam necessario producit filiũ. et spiritũ sanctũ libere. Similiter voluntas nostra quosdã act° materie naturaliter principiat. et quosdã libere ¶ 5° principaliter arguit sic. Nam Aug° de trinitate libro. 10. dicit. et allegat magistrũ in p̃senti distinctiõe. Hec tria. s. memoria intelligẽtia volũtas. nõ sũt tres vite: sed vna vita. nec tres mentes: sʒ vna mens. vna essentia. memoria vo dicitur ad aliquid. vita vo dicitur ad seipsam et mens et essentia. ¶ 6° arguit. Nam deus habet potentiam gubernatiuam reparatiuam predestinatiuã que nullo modo distinguitur in eo. sed eadem oio dei essentia vel voluntas varie nominatur a variis eius effectibus. sm magistrũ sepe libro primo. Sʒ similiter per omnia dici potest de intellectu et voluntate et alijs potentijs respectu anime. igitur non apparet quare ponẽda sit talis distinctio realis. hec sunt argumenta Ade. ¶ 7° arguit sic ab aliis. Omnis virtus separata ab organo corporali ẽ actu et per suam essentiam intellectus. quia talis separatio est causa intellectualitatis. vnde ut quidam dicunt si calor esset subsistens actu et aptitudine esset intellectus. sed voluntas est huiusmodi. igitur voluntas ẽ intellectus. ¶ 8° quia appetitus naturalis non differt a natura quã consequit sicut appetit° materie a materia nec appetitus grauis a grauitate. ergo a simili nec appetitus animalis a potentia sensitiua quam sequitur nec rationalis ab intellectu etc. ¶ 9° Si voluntas esset alia potentia ab intellectu sequeretur qz esset imperfectior intellectu et perfectior eo. sed cõñs est falsum. quia tunc esset perfectior seipsa. probatur cõña. quia illud ẽ altero perfectius simpliciter qd̃ habet perfectionem simpliciter q̃ aliud caret. sʒ si intellectus et voluntas distinguũtur ratione absoluta quodlibet tale habet perfectionem simplicit̃ q̃ aliud caret. et quã meli° est hr̃e q̃z non habere. qz intellectus sic est intellectus qz nullo modo ad eius naturã intrinsece ptinet volũtas et ecõtra. et tñ q̃dlibet horũ importat perfectionẽ simpliciter. ¶ 10. Ille potentie non differũt re absoluta quarũ obiecta nõ differunt re absoluta: sed tñ ratione. sed obiectũ intellectus est ens. obiectũ autem voluntatis est bonum et conuertuntur realiter et sm omnẽ rationem realẽ. nec facit ad propositum diuersitas facta per intellectũ q̃ non sufficit ad diuersificãdũ obiectũ ut sit sufficiẽs et reale distinctiuũ duarũ potentiarũ realit̃ distinctarũ. ¶ 11° Potentia que est p essentiã libera est per essentiã rõnalis. et p cõñs est intellectus. sed volũtas est huiusmodi. igit̃. a° pbatur. qr rõ est de essentia libertatis. vbi enĩ est liberũ. et rationale. vñ in quib° nõ est cognitio sicut in plãtis aut nõ intellectiua cognitio sicut in brutis nõ est libertas licz voluntario pticipẽt qr mouẽt se p cognitionẽ. vbi etiã est intellect° puta in hoie potentie q̃ nõ obediũt rõni qr nihil pticipant de rõne nihil pticipant de libertate ut vegetatiue in hoie que aũt obediũt principatu dispotico i. seruili nõ politico q solus est liberorũ nõ sũt libere ut potentie sensitiue apphẽsiue. q̃ aũt obediũt rõni principatu politico ut appetit° sensitiui sũt solũ libere sic rõnalis ?

participationē. Sicut ergo potentie nullo mō libere
nullo modo sunt rationales: ⁊ libere participatione
sunt rationales participatione: sic libere per essen/
tiam sūt rationales per essentiam. sicut enim se ha/
bet maxime ad maxime ⁊ magis ad magis ⁊ simplicitē
ad simpliciter. sic maxime ad maxime. ⁊ sic patet aᵒʳ
sed bᵒʳ probatur. qꝛ illud est simpliciter respectu cuiꝰ
alia dicuntur talia que sunt talia per participationē
sicut ignis respectu ignitorū. sed alie potentie ⁊ actꝰ
earum sunt liberi ⁊ non nisi inq̄ztum mouenť aut im/
perantur a voluntate siue ab actibus elicitis a volū
tate. Preterea absurdū videť dicere ꝙ nō sit magis
liberū velle q̄ꝫ currere. cū in cursu possit homo cogi
non autem in volendo currere. tamen est liberū ptī/
cipatione. Item quicquid non est liberum per essen/
tiam non repugnat sue essentie cogi. sꝫ cōtra naturā
voluntatis. igitur ⁊c. ⁊ sic patet tam aᵒʳ q̄ꝫ bᵒʳ. sequiť
ergo ꝯ ꝙ volūtas ē rationalis ⁊ cognitiua. et ꝯñter
nō distinguūť re absoluta. ¶ 12ᵒ arguiť sic. Quecūqꝫ
forme differunt re absoluta deus pōt illas ab inuicē
separare. sed deus nō pōt separe volūtatē ab intel/
lectu. igitur non differūt re absoluta. aᵒʳ patet. quia
non propter aliud non potest facere materiam sine
forma. quia esset actu pura potētia sine actu. ⁊ vnū
relatiuū fm esse nō potest esse sine alio. sed relatiuū
fm dici deus bene pōt facere sine correlatiuo. quia
sua essentia ⁊ suū esse differūt re absoluta a suo cor/
relatiuo. ⁊ ideo non est cōtradictio ipsum habere eē
⁊ essentiā sine correlatiuo. sicut scientiā sine actua/
li existentia scibilis. ⁊ sic patet aᵒʳ. sed bᵒʳ ꝓbatur qꝛ
deus nō potest separare diffinitionē a diffinito. sed
diffinitio voluntatis est ꝙ est appetitus rationalis:
ut dicitur 3ᵒ de anima. quia voluntas in ratione est.
si autē esset sine rōne tunc esset irrationalis. ⁊ sic ra/
tionale esset irrationale. quod est ꝯtradictio. Prete/
rea voluntas est potentia volendi ⁊ eiꝰ est posse vel/
le. si autē esset separata ab ītellectu non posset vel/
le. quia inuisa diligere possumus. incognita autē ne/
quaq̄ꝫ. ⁊ sic esset voluntas ⁊ non voluntas. i. potens
velle ⁊ nō potens velle. ⁊ sic patet bᵒʳ. sequitur ergo
ꝯ ꝙ voluntas non differt ab intellectu re absoluta.
¶ 13ᵒ Omnis potentia que delectať est appetiꝰ. sed
intellectus ⁊ omnis potētia appetitiua delectatur.
igitur intellectꝰ est appetitus. aᵒʳ probať. quia dele/
ctatio ⁊ tristicia sūt circa idem subiectiue. licꝫ nō cir/
ca idem obiectiue. qꝛ delectatio est circa presens ob/
iectū. tristicia circa p̄sens malū. sicut econtra. deside/
riū ⁊ timor sunt respectu futuri boni ⁊ mali. sed tristi/
cia ⁊ timor sunt subiectiue in appetitu. igiť desideriū
⁊ delectatio. ⁊ sic patet aᵒʳ. sed bᵒʳ probatur. tum pri/
mo quia delectatio ē de perceptione boni cōuenien/
tis naturaliter. tum 2ᵒ quia delectari est propriū co/
gnoscentiū. ergo delectatio inest fm illā potētiā fm
quā inest cognitio. tum 3ᵒ quia signū generati habitꝰ
oportet accipere in opere delectationē. sed in poten/
tia cognitiua sunt habitus. igitur ⁊c. ¶ 14ᵒ Sicut se
habet appetitus sensitiuus ad sensum. sic appetitus
intellectiuus ad intellectū. sed appetitus sensitiuus
non differt a sensu. igitur nec voluntas ab intellectu
bᵒʳ probatur. quia quot sunt potētie sensitiue cogni/
tiue: tot sunt appetitiue. qđ patet. tum quia in natu/
ralibus diuersificatur appetitus fm diuersitatē ge/
neris ⁊ speciei. igitur cum potentie sensitiue differāt
genere uel specie. fm earū diuersitatem diuersificā/
tur appetitus. 2ᵒ quia leso tactu ⁊ alijs sensibꝰ sequi/
tur tristicia sine alia sensatione. 3ᵒ quia appetiꝰ sen/
sitiuus non differt subiecto a sensu. sed omnes potē/
tie sensitiue differunt subiecto. igitur tot sunt appe/
titiue quot sensitiue. ⁊ ꝯñter appetitus sensitiuꝰ non
differt a sensu. ¶ 15ᵒ arguit Hybernicꝰ. Thomas in/
quit tenet ꝙ intellectus est potentia altissima in aīa.
quero igitur an intelligit per potentiā altissimā po/
tentiam nobilissimā aut potentiam priorē fm ordi/
nem sicut magis apparet ex dictis suis. Si potentiā
nobilissimā. cōtradicit sibiipsi. quia statim patet ī re/
sponsione quoꝝ duorum intellectus ē altior fm ori/
ginē. ⁊ voluntas fm perfectionem. ⁊ similis ordo est
in actibus ⁊ habitibꝰ. hec Thomas in scripto. Si vͦo
per potentiam altissimā non intelligit nobilissimam
seu perfectissimā. tunc illud quod ipse accipit ꝓ p̄n/
cipio per se noto. est falsum. s. ꝙ optima operatio sit
altissime potentie. s. intellectus. hoc enim capit ī po/
sitione. qđ tamen falsum est nisi per potentiā altissi/
mam intelligat nobilissimā. qꝛ potētie nobilissime est
opus nobilissimū. ut vult phus. 10. ethicoꝝ. ¶ Cōtra
3ᵃᵐ ꝯnem arguit Aureolus ꝓbando ꝯtra vnū ibidē
dictū. ꝙ memoria que est pars imaginis nō dicit in/
tellectū habitualiter retinētē noticiā obiecti qđ etiā
in 5ᵃ ꝯne expressius dictum est. Arguiť igiť p̄mo sic.
Memoria dicit pfectionē simpliciter ita ut sit meliꝰ
in vnoquoqꝫ esse memorē q̄ꝫ imemorē. Ergo est cōmu/
nis tribus. nam pater est memoria: filius est memo/
ria. sūma enim sapientia sui memor esse nequaq̄ꝫ ne/
gari potest. ut dicit Ansel. monol. caᵒ   . vbi probat
ꝙ eque cōis est tribus memoria sicut sapiētia ⁊ que/
libet perfectio simpliciť. sꝫ cōstat ꝙ illud duplex p̄n/
cipiū. s. intellectus cum obiecto habitualiter retēto
ut actiuū est nō est perfectio simpliciter. Illud nāqꝫ
nō est aliud q̄ꝫ potētia dictiua ⁊ generatiua. de q̄ cō/
stat ꝙ non dicit perfectionē simpliciter. alias filiꝰ ⁊
spiritus sanctus cum careant potētia generatiua ⁊
dictiua ⁊ illo duplici principio actiuo non essent pfe/
cti simpliciter. ergo illud duplex principiū nō potest
poni memoria cum memoria sit ī filio. ¶ 2ᵒ quia me/
moria ⁊ actus eius qui est memorari sunt cōmunes
tribus personis. ut dicit Augustinus. 15. de trinitate
Et Ansel. vbi supra. vn̄ dicūt ꝙ sicut pať est memo/
ria ⁊ meminit sibi. ita filius est memoria ⁊ meminit si/
bi. Absit eni ut pater meminerit filio. ut dicitur ibi/
dē. sed constat ꝙ in filio non est illud duplex princi/
pium. ut ꝓbatū est: nec filiꝰ dicit aut producit illo. ꝗ
illud nō ē memoria nec memorari ē dicere aut ꝓdu/
cere ꝑ illud. ¶ 3ᵒ qꝛ illud non est formaliť memoria q̄
aliqs carens non est insipiens. nullus quidem potest

carere memoria nisi insipiens sit. quomodo enim sapiens est qui nihil meminit uel sui nō meminit: ut dicit Aug⁹. 15°. de trinitate. quasi dicat ꝙ nullo modo est sapiens sine memoria. sed carens illo duplici principio uel est insipiens uel minus sapiens. ut patet de filio qui caret illo: qui tamen non est minus sapiens patre. et adhuc patet in patre qui non est sapiens per illud duplex principiū. sed per essentialē intellectionem infinitam. imo si per illud principiū esset aliquo modo sapiēs haberet aliquem modum sapiētie quē non haberent alie persone. ergo nullo modo dicendum est ꝙ in illis duobus consistat memoria. ¶ 4°. quia si illa duo simul sumpta sint memoria fecūda: aut de ratione eorū est actiuitas aut fecunditas aut nullo modo solum intellectus et obiectum uel noticia obiecti habitudinalis sūt memoria absq₃ accidēte. Si primo modo tunc ratio memorie non est cois tribus. cū actiuitas nō sit cōmunis tribus. hoc autē est contra dicta sanctorum. Si vero secūdo modo tūc est expressa contradictio. nam de ratione fecunditatis est actiuitas. ¶ 5°. quia uel talis intellectus qui est de ratione memorie erit intellectiuus et receptiuus. et talis non potest poni in deo. cum nulla ratio imperfectionē importans formaliter sit in deo. aut ille intellectus erit ipsamet actualis intellectio trasiēs super obiectum. et sic memoria non erit aliquod principiū. sed intellectio actualis. relinquitur ergo ꝙ illud poni non potest. ¶ Contra 5^am^ opinionem arguitur sm eum probando ꝙ partes imaginis. s. noticia et amor uel intellectus et voluntas nō dicant actū nec habitū nec potentiam. Arguit igitur primo qr dicit Aug⁹. 9°. de trinitate ca°. 4°. ꝙ amor et cognitio que sūt ptes imaginis non insunt menti tāq₃ subiecto: sicut color aut figura. sed substātialr sicut ipsa mens. Et ibidē dicit ꝙ scientia est substātia. et amor est substātia. sed constat ꝙ si accipiantur pro potentijs uel habitibus aut actibus non sunt substātie sm se. imo sunt i subiecto sicut color in corpore. ergo noticia et amor non sūt actus uel potentie sm mentem Aug⁹. prout sunt ptes imaginis. ¶ 2°. si illa que sunt vna substantia et tota mentis substantia solum a se relatiue distincta. non possunt poni actus anime cum illi sint qualitates. sed nec potentie presertim sm eos qui ponunt eas esse accidentia. ergo ut videtur non sunt potentie nec habitus aut act⁹. ¶ 3°. sic ibidē dicit Aug⁹ ꝙ illa tria amor et noticia et mens aut sunt tres partes equales quib⁹ vnū totum completur. et hoc dicit esse impossibile. qr cum mens se totam nouit ipsa eius noticia est ipsa p totū et cum perfecte se amat ipse amor est ipsa p totū aut ponuntur hec tria vnū totum p modū cōmixtionis. sicut vna potio cōmiscetur ex aqua vino et melle sed hoc non potest esse quia illa tria non sunt vnius substātie. Quo modo aūt mens amor noticia nō sūt eiusdem substātie non video dicit Aug⁹. et concludit ꝙ sic sunt vnius substātie illa tria sicut si ex vno et ex eodem auro tres circulos similes faciamus. et p oñs videtur esse sua intentio ꝙ amor mens et noticia sūt quasi vna substātia triplicata. s. triplex substantia. cōstat autem ꝙ nec actus nec potentia anime sunt aliquid tale. igitur ut prius. ¶ 4°. Nam Aug⁹. 14. de trinitate exponens imaginem memorie intelligentie et voluntatis ꝙ quando non foris uenit accepit memoria qd teneret. nec foris inuenit qd aspiceret intellectus sicut corporis oculus nec illa duo velut formā corporis et eam que inde facta est in acie cogitātis voluntas foris iunxit aliam. tunc triplicem facit animā per suā presentiam retenta cōspecta dilecta. hec ille. Ex quo patet ꝙ memoria intelligētia et voluntas prout cōstituūt imaginem sic se habent ꝙ intelligentia est illud qd cōspicitur et amor illud qd amatur. dicit enī ꝙ triplicem facit prout retenta est cōspecta dilecta. Sequitur.

Ad primum contra primā opinionē negatur hᵒ. quia necesse est ponere animā et suas potentias esse plures res et distinctas. nec responsiones quas arguens dat ad rationes huius opinionis valēt. ut patuit patet. Similiter dico ꝙ illa nobilitas quā vult attribuere aie nulli creature subsistēti potest cōpetere ut superius ostensum fuit. s. ꝙ vbi esse nō est operari nec essentia rei est ipsa virtus uel potentia rei. nec visio ad illā rationē valuit ut superius est deductū. ¶ Ad 2^m^ negatur hᵒ. dico enim ꝙ visio beatifica recipitur subiectiue in essentia anime per potentiā. nec posset recipi in accidente separato. anima enim est principale subiectū suorū actuū. licet potentie anime sint eis ratio subijciendi actibus secūdis. Unde sanct⁹ Thomas prima 2^e^. q. 56. arti. p°. ad 2^m^. Unum accidēs dicitur esse in alio sicut in subiecto. non quia accidens per se possit sustentare aliud. sed quia vnum accidens inheret substātie mediāte alio accidēte. ut color corpori mediante superficie. vnde superficies dicitur esse subiectum coloris et eodē modo potentie anime dicuntur esse subiectum virtutis. hec ille. Et 3°. sen. dis. 33. q. 2. arti. 4°. questiuncula prima. Substātia que est subiectum omniū accidentiū recipit quedā accidētia mediantibus alijs et quedā causantur ex principijs substantie mediantibus alijs accidētibus. sicut colorem recipit mediāte superficie. et ex principijs corporis mixti causatur sapor mediāte calido et frigido. Unde subiectum alicuius accidentis potest dupliciter assignari vno modo substātia que est primū fundamentū accidentiū. et sic habitus virtutū non sunt in potentijs sicut in subiecto. sed magis in ipsa anima uel coniūcto. Alio modo dicitur accidens quo mediāte alterū inest substātie esse subiectū illi⁹ sicut superficies coloris. et hoc modo habitus virtutū dicuntur esse in potentijs sicut in subiecto. quia habit⁹ ordināntur ad actus. actus autem egrediuntur ab essentia mediāte potentia. hec ille. Ex quibus patet ꝙ substātia est primū subiectū accidentiū. nec accidens dicitur proprie subiectū accidentis ꝙ subijciatur. sed quia est ratio subijciendi sm cōem cursum nature quicquid sit de miraculis in sacramentis. Dicitur ergo ad argumētū ꝙ visio beatifica proprie

recipit in essentia aie licz potentia intellectiua sit ipsi anime [illegible] accidenti.
Dicitur similiter vlterius q visio beatifica nō pōt recipi in accñte separato. puta intellectiua potentia. tū quia illud accñs est inseparabile ab anima. tum quia dato p impo. [illegible] q illud acc[illegible] q est visio esset in intellectu separato adhuc nec [illegible] esset btifica nec illud acc[illegible] beatū. quia btificari non pōt nisi natura viua rationalis. z que nata est cstituere suppositū. z hre amicitiam cū deo: que omnia tali accidenti deficerent. nō ergo ē sile de albedine respectu suꝑficiei z ligni: z de visione dei respectu intellectus possibilis z aie rōnalis: cū suꝑficies possit a ligno separi z albedine pro tunc informata alba formaliter dici z denominari.

¶ Ad 3m negatur oña nisi añs intelligatur de actu pmo qui dat esse simpliciter. cuius causa superius dicta est. quia actus quo aliquid habet esse simpliciter nō pōt esse sm se ratio q aliqd sit in potentia ad vlteriorem actum realiter distinctū ab actu primo. z amissibilē ac deperdibilē. z oñter nec talis actus potest esse ratio seu proximū principiū talis actus secūdi. Secus est de actu pmo qui non dat alicui eē simpliciter. nec natus ē dare. cuiusmodi sunt accidētia. Et sic patet q prima ꝓbatio antecedentis que ꝓcedit de actu pmo accidentali non valet ad oñam inferendā. vbi etiam dico q esse ꝓxim[illegible] operationis pncipiā non ē perfectio simpliciter. vbi tale principiū solū se habet ut q agens agit. z nō vllo modo ut quod agit. Isto modo autē se habet accidens in omni actione. forma autē substantialis licz non sit proximū operationis principiū signāter aia tamē ipsa se habet ut qd agit. z ideo dignius se habet q̄ si eēt ꝓximū principiū operationis. Alie aūt forme substantiales licz nō sint qd agit quia nō subsistunt. tñ sunt principia actionū nō ꝓxima. sed principalia. 2a similiter ꝓbatio antecedentis que procedit de formis substantialibus inferioribus ad aiam nō valet sed peccat per fallaciā oñtis a pluribus causis veritatis arguēdo ad vnā illarū. ¶ Arguit eni sic. Substantia imediate generatur a substantia. ergo substantia est imediatū principiū generationis. vbi constat añs hre duas causas veritatis. Substantiā eni imediate generari a substantia potest dupliciter cōtingere. s. quia substantia i tali generatiōe se habet ut mediatū principiū quo. aut. s. quia se habet ut imediatū principiū qd. illud autem añs nō cōceditur in primo sensu sed in secundo. z quia arguēs infert primū sensum. aliter nihil dicit cōtra nos. ideo fallitur modo ꝓdicto cōcedit[illegible] eni sibi in generatione substantie puta ignis imediatū principiū ut q est calor sed imediatū principiū qd agit est substantia puta ignis. non enim calor ignit [illegible] sed ignis calefacit. Qd enim generans est compositū 7o metaphisice. sicut z qd genitū. forma eni non ꝓducit cōpositū. sed suppositū per formā z hoc loquendo i actionibus transeūtibus in materiā exteriorē. Ad illud quod arguit cōtra responsionē ibi datam de agente instrumentali. dico q oña qui ibi facit non valet non enim [illegible] tur accidens est agens instrumentale uel instrumentum aīe aut substantie. ergo substantia habet aliam efficaciam uel actionem quā nō agit mediante accidente. fallit eni oña. dum loquimur de instrumento coniuncto principali agenti. sic q illud instrumentū nullam actionē habet ꝓpriē. sed agēs principale habet actionē per illud. tunc eni non oportet quod alia actio attribuatur principali agenti z alia instrumēto sed oportet q instrumentū sit principiū q z substantia sit principiū qd. z ideo improprie dicitur q accñs sit agens instrumentale. sed est instrumentū agentis. Ad aliud 3 eandē responsionē. dico ad minorē q est multiplex. z ideo oña peccat per fallaciam oñtis. ut prius. accidens eni uel instrumētū accidentale attingere terminū generis specialis potest dupliciter intelligi. Primo q attingat p modū generātis ul agētis seu principiū quod z isto modo non conceditur. 2o modo q otingat illo modo quo principiū quo ꝓductionis instrumentale dicitur attingere terminū ꝓductionis. z isto modo in generatione ignis calor attingit ignem genitū quia est principiū quo instrumētale illius generatiōis z forma ignis principiū quo pncipale. z ignis est pncipiū qd producit z generat. probatio autem qua arguens istam minorem ꝓbat. non aliud cōcludit nisi q actio accñtis presupponit i materia formā substantialē. ad qd dicitur q ocesso hoc q. s. calor haberet propriam actionē in generatione ignis. non tamen sequitur q sit dare aliqd signum uel instans nature in quo prius sit substātialis forma ignis in materia q̄ calor ageret i tali passo. quia licz actio caloris ut accñs est. uel ut est calor presupponit i materia esse formam substantialē. tñ caloris actio ut est instrumentū substantie attingit formā substantialē. Dico 2o q calor nullam habet actionē. sed ignis p calorem. z ideo imaginatio fundatur in falso. z ideo dr q licz calor nō sit in materia qn psupponat ibi formā substantialem. tamen non oportet q actio caloris in materiā psupponat in materia actionē substātie: uel presupponit in materia inductionē forme substātialis. nullā eni habet actionē. sed ignis agēs p calorē inducit i materiā duplicē formā. s. substantialē z accidentalē. quā autē prius inducat nō ē ad ꝓpositū nisi q dicendū videtur q cum prioritas nature sit prioritas quodāmodo causalitatis. ideo dicitur q in genere cause materialis accidentia disponentia materiam prius sunt in materia q̄ forma substantialis. sz in genere cause finalis z formalis est econtra. ut ponit sanctus Tho. p sen. dis. .q. arti. ¶ Ad pmū qd est Aureoli negatur minor. Non eni intellectus possibilis est potentia pura in genere entiū. sed solum in genere itelligibiliū. ita q licz sit aliqua entitas i actu non tamen est actu intelligibilis. sz in potentia ad oia intelligibilia recipienda. Unde sanctus doctor de veritate. q. 8a sic dicit. Nihil prohibet aliquid esse actu vnum z in potentia alterum. sicut corpus diaphonum est actu quidem corpus. sed potentia tñ coloratum. Et similiter est possibile aliquid esse actu ens quod in genere intelligibilium est potentia tm: sicut eni est gradus actus potentie in entibus q aliquid

est potentia tm̄.ut materia pma.aliquid actu tm̄.ut deus.aliquid actu ⁊ potentia ut omnia intermedia. sic est in genere intelligibiliū aliquid ut actu tm̄.s3 essentia diuina.aliqd ut potentia tm̄.s.intellect⁹ possibilis qui hoc modo habet se in genere intelligibiliū sicut materia pma in ordine sensibiliū.sicut dicit cōmentator 3º de aīa.oēs aūt substantie angelice sunt medie habentes aliquid de potentia ⁊ aliqd de actu non solū in genere entiū.s3 etiā i ordine itelligibiliū hec ille. Ex quo patet quō intellect⁹ lic3 sit pura potentia in genere intelligibiliū.nō tamen i ordine entiū. Tunc ad primā pbationē minoris negate dicit꜊ q intellectus possibilis intelligit intellectione q̄ non est eēntia ipsius.sed est qualitas inherēs intellectui modo superius exposito.nec tamē sequit꜊ q idē moueatur a se ſm idem.nam intellectus ppie non mouetur.s3 aīa mouetur ⁊ mouet se ſm diuersa.ſm eni q est facta in actu p speciem intelligibilem mouet se causando itellectionē.ſm aūt q est sub itellectu possibili.iam non est potētialis ⁊ moueri possibilis.⁊ ſm illum moueꝰ.non eni imaginandū est q intellectus possibilis posito q nunq̄ aliud a se intellexisset nec actus alterius obiecti spēm itelligibilē recepisset sit sufficiens principiū quo imediate aīa causat intellectionē sui.⁊ illud quo imediate recipit.dico q hoc ē impossibile.q2 tūc aīa ſm idem se moueret.⁊ ſm idē moueretꝰ.sed est sic imaginandū sicut ponit sanctus Thomas de veritate vbi supra. Sicut inquit materia pma nō potest agere aliquā actionē nisi perficiatur p formā ⁊ tunc illa actio est magis emanatio forme q̄ ipsius materie.res aūt existētes actu pnt agere actiones ſm q sunt in actu.ita noster intellectus possibilis nihil pōt intelligere anq̄ pficiat꜊ forma intelligibili in actu. tūc eni rem cuius est illa forma intelligit.nec pōt se intelligere nisi p formā intelligibilem in se actu existentē. Intellectus ṽo angeli quia habet essentiā suam que est ut actus in genere intelligibiliū sibi presentē pōt intelligere illud qđ est intelligibile apud ipsum.s.essentiā suam nō per aliquā similitudinē.sed per seipsam.hec ille. Patet igit꜊ q nō est incōueniens intellectū possibilē causare in seipso aliquā intellectionē uł potius aīam intelligētē.nam intellectus in sua essentia cōsideratus est rō recipiēdi intellectionē sui uel alteri⁹.sed ut est fact⁹ i actu p spēm intelligibilē est rō causandi dictā intellectionē est eni talis ordo q aīa facta in actu p aliquā speciē alicui⁹ qdditatis materialis pmo directe intelligit illam quidditatē puta lapidē: deinde reflectit꜊ super actū suū.deinde sup spēm intelligibilē ⁊ sup intellectū possibilē tāq̄ supra principia illi⁹ actus. ⁊ prima forma est ratio intelligendi oīa ista.s.species lapidis. Ad 2am pbationem dicte minoris superius negate negat꜊ hoc.non eni intellectus possibilis est ratio recipiendi oēm entitatē.nā intellectus possibilis nō ē in potentia naturali nisi ad formas materialiū quidditatū que virtute intellectus agentis a fantasmatib⁹ abstrahunt꜊.ut dicit sanctus Tho.3º sen.dis.14.q.i. arti.3º questiuncula pma. Sicut ingt mā ē in potentia naturali tm̄ ad illas que p agens naturale [illegible] possunt q̄uis aliq̄ alia ex materia facere possit [illegible] intellectus possibilis est in potentia naturali [illegible] que p lumen intellectus agentis cognosci [illegible] Itē 3º ɔtra gentiles.ca. 4 q potentia passiua [illegible] solū est in potentia in que pōt ppriū eius actiuū [illegible] potētie passiue correspōdet actiua in nā. alias potentia passiua eēt frustra cū nō possit reduci in actū [illegible] p actiuū. vn̄ videmus q visus nō est susceptiuus [illegible] colorꝫ qui illuminant꜊ p lucē.intellect⁹ aūt possibilis cū sit quedam virtus quodāmodo passiua habet ppriū agēs sibi correspōdēs in nā s. intellectū agentem qui ita se habet ad intellectū possibilē sicut se habet lux ad visum.non est igitur intellect⁹ possibilis in potētia nisi ad eā intelligibilia que facta sunt per intellectū agentē. [illegible] 3º de aīa describēs vtrūq intellectū dicit q intellectus possibilis est quo est oīa fieri.agens ṽo quo est oīa facere ut ad eadem obiecta referat꜊ vtrusq potentia hui⁹ actiua illi⁹ passiua.hec sanct⁹ Tho. Pōt etiā lic3 nō ita ſm mētē sci Tho.negari aɑ de receptiōe rei ſm suā similitudinē q̄q̄d sit de receptione reali. Intellectus eni angelicus habet de facto similitudines omniū intellectuū creatorū qui tamē sunt eiusdē generis primi.cū eo lic3 nō posset recipere aliud intellectū in esse reali.⁊ similiter intellect⁹ possibilis aīe nr̄e posset recipe speciē alteri⁹ intellect⁹ possibilis si sibi iprimat꜊ a deo sic est i aīa sepata. Cui⁹ rō est q2 similitudo rei ⁊ res ipsa nō sunt vni⁹ generis primi.cū vnum q̄q3 sit subā ⁊ aliud sp accn̄s.lic3 igit recipiēs aliud realit꜊ nō possit eē eiusdē spēi aut eiusdē generis primi cū illo qđ recipit꜊.tn̄ pōt recipe similitudinē illi⁹ qđ ē eiusdē generis primi. S3 cōtra hoc replicat arguens q2 dicit q eque ipossibile ē de receptiōe similitudinis rei sic de receptione ipsi⁹ rei.⁊ hoc dicit apparere in oib⁹ iductiue.cui⁹ rōnē ponit.quia spēs uel similitudo obiecti est ppinquissima ipsi obo imo nō ē nisi forma ipsi⁹ mō diminuto.⁊ ideo dicit phs 2º de aīa q sensus recipit spēs rerū sine mā.i.rerū similitudines sine illarū realitate.⁊ ideo si recipiens rem est potētiale in toto gn̄e ppinquo ⁊ in tota specie illius rei.sic recipiēs similitudinē rei oportet eē pure potentiale. vn̄ videm⁹ q sic diaphoneitas est ratio recipiēdi extremitatē lucis in pspicuo qui est color.ita est ratio recipiēdi similitudinē ⁊ spēm coloris ⁊ sic est potentiale respectu similitudinis sicut respectu colorꝫ q̄re proposita non ē [illegible] neganda de receptione similitudinis que est intentionalis q̄ de receptione reali. ¶ Ad hoc dr̄ negando assumptū nec inductio sua aut pbatio valet.lic3 eni species intelligibilis sit ipsi obiecto cuius est spēs ppinquissima in repsentando nō tn̄ in modo essendi vn̄ forme ɔtrarie in esse reali nō se cōpatiunt꜊ sicut in esse intentionali.nec quidditas lapidis se habet ad animā rationalem ut actus ad potentiam.sicut species lapidis se habet.similitudo siquidem rei potest se habere ad intellectum uel animam ut actus ad potentiam. ⁊ tamen res cuius est similitudo non sic se habet ad intellectum uel animam. Dico igitur q

intellectꝰ possibilis pōt recipe similitudinē alicuiꝰ qđ
est eiusdē generis ꝓximi cū eo. non tamen illam rem
q̄ ē potentialis ad aliā similitudinē: nō tamē ad illam
re. Ex quo patet ꝙ nec illa replica nec ꝓbatio i pri-
cipio argumento facta ꝓ minore negata valet. licʒ
enim infra eandē spēm vnū indiuiduū nō sit poten-
tiale uel receptiuū. nec infra idem genꝰ ꝓximi vna
spēs potentialis ad aliā. tn̄ aliq res ē potentialis re-
spectu similitudinaris rei que est eiusdē generis uel
speciei. Sʒ ad huc replicat presertim ɔtra hoc ꝙ dr̄
ꝙ itellectꝰ possibilis qui ē aliqđ actu i genē nō aūt in
genē intelligibiliū. tū pmo quia hoc esset dicere vnū
qđ ē coē omni preparato ꝛ recipiēti ꝙ. s. nullam ha-
beat naturā. nec ē aliquid actu eorū que recipit in se
tamē est aliquid actu. cum igr̄ phūs intelligat aliqđ
ꝓpriū intellectui possibili. manifestū est ꝙ loquitur
de ipso in se scʒ ꝙ nō est aliqua natura i actu aut ali-
quid de numero entiū actualiū. ¶ 2° qꝛ si intellectꝰ
possibilis esset in sua substantia aliquid actuale. ille
actus posset dici forma: uel materialis uel imateria-
lis seu intelligibilis. Posset etiā dici quedā intentio
intellecta in potencia uel in actu. sed cōmentator 3°
de aīa cōmento. 18° dicit ꝙ intellectꝰ materialis nul-
lam habet naturā ꝛ essentiā que constituant̄ ſm ꝙ ē
materialis nisi natura possibilitatis. cū denudet̄ ab
omnibꝰ formis materialibus ꝛ intelligibilibꝰ. ꝛ p ɔn̄s
nec formā habet materialē nec intelligibilē. Dicit cō-
mēto. 27°. ꝙ in intellectu mālī nō est aliqua forma-
rū intellectarū nec actu nec potentia. cōstat aūt ꝙ si
haberet aliquā naturā actualē ꝙ illa esset intellecta
in potentia. oīs enī actus p se intelligibilis est. igr̄ in
essentia sua non est aliquid actuale. ¶ 3° qꝛ si ita eēt
nulla esset differentia q̄tum ad hoc inter virtutem
sensitiuā ꝛ itellectiuā. Sicut enī virtus sensitiua ni-
hil est eoꝝ que recipit. sed est in potētia ad postremā
perfectionē. in se tamen est aliquid in actu ꝛ pma p-
fectio. sic intellectus possibilis eēt in potentia respe-
ctu postreme pfectionis. in se tamen esset aliquid in
actu. Sʒ hāc imaginationē reprobat ex itentiōe cō-
mentator 3° de aīa cōmēto. 27°. cuius verba sūt hec
Uoco potētiā ꝓpinquam actui dispositionē mediā
inter potentiā remotā ꝛ pfectionē postremā. ꝛ ſm h̄
in intellectu materiali nō est aliqua formarū intelle-
ctarū in actu nec in potentia ꝓpinqua actui ꝛ hoc ē
ut nō sit in eo intentio que sit in potentia intellecta. ꝛ
hoc est ꝓpriū sol. intellectui. perfectio enī prima sen-
sibilitatis est aliqđ in actu in respectu potentie remo-
te ꝛ aliquid in potentia respectu postreme perfectio-
nis. ꝛ ideo assimilatur Ar. primā perfectionē sensus
geometre quādo non vtitur geometria. Scimꝰ enī
certe ꝙ habemus sensibilē virtutē existente in actu
licʒ non sentiamus hoc uie. Unde manifeste negat itel-
lectū possibile hēe aliquā actualē naturā. nāc enim
esset sicut pma pfectio sensibilitatis q̄ est aliquid in
actu in se q̄uis sit in potentia respectu perfectionis
postreme. cū igr̄ i hoc differentia inter itellectū
possibile ꝛ virtute sensitiuā. manifestū est ꝙ ſm ipsū
intellectꝰ possibilis nō ē aliqđ i actu i se. ¶ 4° qꝛ si in-
tellectꝰ possibilis esset aliqua natura actualis phūs
ꝛ cōmentator valde male diffinuissent intellectū pos-
sibilē. qꝛ eorū diffinitio non explicaret quidditatem
eius sʒ ꝓpriū accn̄s. s. preparationē ꝛ potentiā. cum
dicunt diffiniēdo ꝙ intellectꝰ possibilis nec vnā ha-
bet naturā. sed hanc tm̄ ꝙ possibilis sit vocatus. ꝛ tn̄
cōmētator dicit ꝙ hec ē diffinitio itellectꝰ mālis. ma-
nifestū est ꝙ hec ē q̄ddītas substantie eiꝰ ꝛ nō prepa-
rationis seu aptitudinis q̄ ē in eo. vn̄ si haberet actū
in se oportuisset diffinire p aliqđ exprimens illū actū
alioquin non bn̄ fuisset notificata natura eiꝰ. ¶ 5° qꝛ
male cōparasset h̄ genꝰ entis materie dicēs ipsū eē
quartū genꝰ entis. 3° de aīa cōmēto. 18°. vbi dicit ꝙ
sicut esse sensibile diuiditur in formam ꝛ materiā. sic
esse intelligibile oportet diuidi in cōsimilia his duo-
bus. s. in aliqđ simile forme: ꝛ i aliquid simile materie
¶ 6° qꝛ male assignasset differentiā in eodē cōmēto
inter materiā istam ꝛ materiā primā. debuisset enim
dixisse ꝙ hec materia est aliqđ actu. pma xo nō. ꝛ tn̄
cū multas differētias assignasset nūq̄ tangit istā qn
potius supponens ꝙ nec illa nec ista materia sunt in
actu sed in pura potentia dicit ꝙ differunt. qꝛ ista ē
i potentia ad formas simplices ꝛ particulares. pma
autem materia ad formas vniuersales. ¶ Ad pmū
istorum dicitur ꝙ Ar. non ponit aliquid proprium
itellectui possibili in ordine ad spēs intelligibiles uel
intelligibilia. q̄ȝ diaphono i ordine ad spēs colorū: ꝛ
oculo in ordine ad spēs visibiliū. nā qōlibet horū est
aliqđ actu in se licʒ sit in potentia ad alia. verūtamē
alr̄ recipiunt̄ intelligibilia in intellectu possibili q̄ȝ in
diaphono uel i oculo spēs coloꝝ. qꝛ in intellectu ima-
terialiter oīo. nō aūt in sensu uel in medio. Itē qꝛ in-
tellectus possibilis conseruat species impressas. nō
aūt diaphonū nec oculus. similiter hoc est ꝓpriū in-
tellectui possibili inter alios itellectus puta celestes
ꝙ intellectus possibilis est similis tabule rase in qua
nihil depictū est. intellectus autē substantiarū sepa-
ratarū sunt pleni formis: ꝛ sūt similes speculis i qui-
bus rōnes rerū naturaliter refulgent. ut ostēdit san-
ctus Thomas de veritate. q. 8. arti. 9°. ¶ Ad 2ᵐ dici-
tur ꝙ cōmentator nō aliud vult nisi ꝙ intellectꝰ pos-
sibilis nō habet in natura sua aliquā formā intelligi-
bilem in actu nec aliquā formā materialē. ꝛ hoc con-
ceditur. qꝛ nec ipse est materialis nec forma intelli-
gibilis in actu. Cū etiā dicit ꝙ i eo nō est aliqua intē-
tio intellecta in actu uel in potentia. intendit ꝙ intel-
lectus possibilis non est forma intellecta in potentia mediá
~~maxima~~ eo modo q̄ forme intelligibiles in intellectu
possibili reseruate de quibꝰ actu nō considerat dicū-
tur intelligere in potentia ꝛ quasi habitualiter. tales
enī forme sūt in genere intelligibiliū medie inter pu-
rā potētiā ꝛ actū cōpletū. cuiusmodi nō ē intellectꝰ
possibilis: imo quasi pura potentia in illo genere. vn̄
si nunq̄ȝ in intellectu possibili describeretur aliqua
species ab ipso distincta. nūq̄ȝ in eternum intellectꝰ
possibilis posset intelligi a seipso uel potiꝰ ab anima
in qua est. sed posita quacunq̄ȝ specie intelligibili in
eo illa sufficit ad hoc ꝙ exeat in opus intelligendi.

τ liberum per essentiam. modo licз rõnale sit liberũ τ magis rationale magis liberũ. non sequit̃ ꝙ essentia libertatis sit essentia rationalitatis. quia prius cõparabant̃ concretũ ad concretũ τ posterius abstractum ad abstractum. sicut nec sequit̃: calidũ ꝑ participationem est igneũ per participationẽ. τ magis calidũ magis igneũ. ergo igneũ per essentiam est calidũ per essentiam. uel ergo calor est igne⁹. τ infinita alia exempla possunt dari in quibus ille modus arguendi non valet. ¶ Ad 12ᵐ dicit Petrus de palude ꝙ non solum purã potentiã τ relationem non potest deus ab actu τ a termino opposito separare. sed nec quodcunq̧ absolutum a sua proprietate absoluta uel relatiua quãdo sic se habent ꝙ subiectum scd̃m esse actu est causa necessaria et totalis sue proprie passionis. quia contradictio est esse causam in actu τ non esse effectum. ꝓpter hoc enim non potest deus separare similitudinẽ a duobus albis. quia esse causam ut causa est sine effectu est contradictio. vnde non potest facere lineam que nõ sit recta uel curua: q̃uis rectitudo τ curuitas differãt re absoluta a linea sicut quedã species qualitatis. quia cõtradictio est ꝙ linea sit cuius medium non exeat ab extremis: nec corpus finitũ sine figura: nec creaturã sine relatione ad creatorem. quia ipsam dependere ẽ eius relatio formaliter. Sic autem ẽ in proposito. nõ quidem de potentia volitiua. sed de actu volendi. quia de voluntate cum eius esse uel essentiam nõ necessario per se consequatur respectus ad intellectum deus potest vnũ facere sine alio nec separabit̃ diffinitio a diffinito. quia voluntas est appetitus rationalis in aptitudine non in actu sicut quãtitas est mẽsura substantie quã tamẽ deus separare põt. potentia eñi volendi est qua quis vult nisi impediatur. separato autem intellectu impediretur ne posset voluntas velle. quia eius obiectũ est bonum cognitum. vnde non potest velle quod non est volibile. velle autem inq̃tum velle est dicit respectum ad intellectum. vñ sicut esse creaturã sine respectu ad creatorem est cõtradictio. sic τ hic: magis q̃ visionem sine colore quia esse visionem non visi bene implicat contradictionẽ dum tamen color haberet esse visiuũ. ecce respõsionem dicti doctoris qui iudicio meo nihil dicit inconueniens nisi forte in hoc ꝙ ponit volũtatẽ posse existere sine intellectu. quod non videtur verum. quia licз non sit apparẽs connexio inter illa duo accidentia si comparentur ad inuicem. tamẽ propter tertiũ sunt connexa. s. propter proprium subiectum animã videlicз cuius sunt passiones proprie sine qua nullũ eorum esse potest nec ipsa sine quolibet illorũ. τ ideo posita voluntate ponitur anima rationalis. qua posita ponitur intellectus. ¶ Ad 13ᵐ dicit doctor ꝙ aᵒʳ est vera de delectatione proprie dicta loquendo. sз tunc bᵒʳ est falsa. Prima autẽ probatio procedit de delectatione large dicta que est cõnaturalitas τ facilitas τ ꝓmptitudo. 2ᵃ vero probatio non concludit sicut propriũ est homini esse risibilem. non ſm illud tamen ꝙ est homo. i. ſm rationẽ. sed forte ſm os aut aliquid tale. Et ad illud quod dicit̃ de habitu dicendum est ꝙ est delectatio large dicta. uel quia sicut appetitus querit bonum appetentis pro omnibus potentiis futurum: sic delectatur pro presenti bono omnis potentie. vnde in opere est delectatio. et opere non in potentia operante scd̃m se. sed in potentia ei naturaliter coniuncta. ¶ Ad 14ᵐ dicit ꝙ 1ᵃ est falsa. Et ad primam probationem dicit ꝙ in naturalibus verum est sicut appetitus grauium τ leuium differt genere. τ leuitas ignis τ aeris specie. τ grauitas aque τ terre. quia sunt per se ad diuersa loca. sз non sic est de sensu. quia non quemlibet sensum sequitur appetitus. quia nullum exteriorem nec nullum interiorem nec solum estimatiuam que sola dicit aliquid de fugibili τ prosequibili. Ad 2ᵃᵐ probationem dicit ꝙ in eodem instanti in quo sensus exterior immutatur potest immutari sensus cõmunis τ estimatiua ad iudicandum bonum uel malum. τ statim in appetitu sequitur delectatio uel tristicia. Ad tertiam dicitur ꝙ appetitus non distat subiecto a sensu quẽ sequitur. sed differt essentia ut supra dictum est. τ si estimatiua est vna non potest esse eadem cum irascibili τ concupiscibili que differunt re sicut τ obiecta. quia aliquid est arduum qd̃ non est delectabile sensu. ut pugnare τ cum vulneribus vincere. hec ille. ¶ Ad 15ᵐ dicitur ꝙ mens sancti Thome est vbicunq̧ loquitur de hac materia que in argumento tangitur ꝙ intellectus est simpliciter τ absolute altior voluntate ſm perfectionem τ nobilitatem sicut alias in 2ᵃ distinctione fuit allegatum: cum ipse dicit p̃ sen. dis. i. q. i. arti. ꝑ. ad primũ. ꝙ intellectus est altior ſm originem τ voluntas ſm perfectionem. Sciendum ꝙ aliquam potentiam esse altiorem ſm perfectionem potest dupliciter intelligi. Primo modo in se τ absolute. τ sic intellectus est altior τ perfectior voluntate. 2ᵒ modo quia vna illarum perficit aliam in suis actibus. τ sic voluntas est perfectior intellectu quia delectatio que pertinet ad volũtatem perficit operationem intellect⁹ puta contemplationem veritatis. Et sic patet ꝙ in dictis eius nulla est contradictio realiter. sed solum apparens. ¶ Ad primũ contra 3ᵃᵐ ꝯnem dicitur quidem ꝙ memoria de sui ratione non dicit actiuitatem. sed tentionem obiecti in esse intelligibili. τ non conceditur ꝙ dicit perfectionem simpliciter. τ est cõmunis tribus personis. Dico tamen ꝙ ad memoriã consequit̃ actiuitas quã includit intellectus. τ licз intellectus sit in filio. non potest tamen filius producere verbum aut notitiam generationem. quia habet relationem oppositam relationi que consequitur producens verbum terminatam ad verbum. nulla autem relatio potest ibi generari cuius causa latius explicabitur deo duce. ¶ Ad

.exeat ut

2m patet per idem. non enim de ratione memorie est
actiuitas licz eam consequatur vbi est memoria non
sub relatione opposita dicenti verbum. ¶ Ad 3m ne/
gatur hoc. filius enim habet intellectum cum obiecto
sibi presente in esse intelligibili. licz in diuinis non ad/
mittatur ratio habitus. et ideo non vniuoce dicitur me/
moria in nobis et in deo. cum in nobis memoria dicat
intellectum habitualem notitia obiecti. ¶ Ad 4m di/
citur secundum predicta q de ratione memorie non est acti/
uitas aut fecunditas. Illud autem quod hoc loco ad/
ditur de intellectu passiuo nō valet. licz enim in deo
non sit intellectus qui patiatur ab obiecto. est tamen
ibi intellectus coniunctus obiecto sine passiōe uel trās/
mutatiōe. qui quidē intellectus respectu itellectiōis
non habet proprie rationem elicitiui aut ratione poten/
tie aut habitus. sed est purum intelligere subsistens.
licz secundum rationem intelligendi concipiamus ibi intelle
ctum et intellectionē diuersimode. Intellectū quidē
ut illud quo deus formaliter est potēs itelligere. In/
tellectionem vero ut illud quo formaliter actualiter in/
telligit. et hoc alias prolixius explicabitur. ¶ Ad pmū
contra quintam conclusione respondetur q Aug. per
illa verba vult q amor et noticia si accipiantur pro po/
tentijs non sunt talia accidentia anime qualia sūt co/
lor et figura respectu corporis. nam ille potentie sunt
vires naturales anime et non accidentia colā uel per
accidens sed per se. color autē et figura accidunt cor/
pori per accidens et sunt sepabilia. nec consequūt spe/
ciem corporis. nec sunt illius proprie passiones. sicut
potentie anime sunt accidentia per se propria anime
si autem loquatur de noticia et amore secundum q sunt actus
sic etiam nec sunt talia accidentia qualia color et figu
ra. quia illi actus semper sunt in anima ut in radice a
qua profluit proximum principium illorum actuum.
non autem sic est de colore aut figura respectu cor/
poris inquantum huiusmodi. Cū aūt dicit Aug. q amor est sub/
stantia etc. dico q illa verba et similia exponuntur eo
modo quo magister exponit illa verba Augustini di/
centis: q memoria intelligentia voluntas sunt vna
vita etc. quia scz sunt naturales proprietates vnius
anime que est vita etc. Potest etiam dici aliter secundum q
sanctus Thomas dicit prima parte. q. 77. arti. p. ad
primū. Dicit enim ibidem q Aug. loquitur de mente
noticia et amore secundum q anima cognoscit se et amat se.
sic enim noticia et amor ut ferūtur ad ipsam ut cogni/
tam et amatam substantialiter uel essentialiter sūt in
ipsa essentia anime. quia ipsa substantia uel essentia
anime cognoscitur et amatur. hec ille. Et dicit q eo/
dem modo debet intelligi cum dicit Aug. q amor et
noticia sunt vna vita et vna mens. intendit enim q il/
la tria sunt vna mens vna vita vna anima inquantum
habent pro obiecto animam que est vna vita essentia
et anima. vnde sanctus Thomas in questionibus de
anima. q. 12. dicit q forte isto ad hūc sensū dicit Aug.
q sunt vna essentia vna vita. quia noticia in actu est
quodāmodo ipsum cognitū. et amor in actu ē quodā/
modo ipsum amatum. Dicit etiam ibidē q similis mo
dus loquendi est cum dicitur q noticia et amor sunt
vna vita. ac si diceretur q calidum et siccum et leue
sunt vnus ignis. per quod intendebat ut videtur q
non aliter ista tria dicuntur vna vita vna essentia:
nisi quia oriuntur ab eadem vita et ab eadem essentia
uel quia habent idem obiectum scz animam que est
vita essentia. et est predicatio non per essentiam sed
per causam uel totius potestatiui de suis partibus. to/
tum enim potestatiuū est qd habet multas potentias
et predicatur de qualibet illarum in concreto proprie
non autem in abstracto proprie nisi ut sumitur pro con
creto. dicimus enim proprie q anima est intellectiua
volitiua. sed improprie dicitur q anima sit intellectus
aut voluntas nisi abstractum sumatur pro concreto
¶ Ad 2m patet per idē. quia Augustinus dicit illa tria
esse mentis substantiam. uel quia sūt naturales pro/
prietates substantie anime. iuxta primā viam tactam
in argumento precedenti. aut quia accipit ibi abstra/
ctum pro concreto. sicut si diceretur q calor siccitas
leuitas sunt vnus ignis iuxta secundam viam. aut
quia noticia in actu est ipsum cognitum in actu iuxta
tertiam viam. ibi enī loquitur de mēte noticia et amo/
re ut habent aiam pro obiecto. ¶ Ad 3m dico q Aug.
dicit illa tria esse partes vnius totius eo modo quo
potentie anime dicuntur esse partes. et inquantum ani/
ma est quoddam totum potentiale respectu illarum.
dicuntur autem esse vnius potentie modo supra ex/
posito. ¶ Ad 4m dico q Aug. loquitur ibidē de ani/
ma prout cognoscit et amat se. ut dicit sanctus Tho/
mas. et ideo dicit Aug. q amor et noticia sunt anima
conspecta et dilecta eo modo loquendi quo cogni/
tio dicitur cognitum et dilectio dilectum: qui modus
est satis improprius. ¶ Ad argumentū in pede que/
stionis patet responsio per predicta.

Circa distinctionē quartam queritur. Utrum ista sit con/
cedenda: deus genuit deum. Et ar/
guitur q non. quia terminus in subiecto
positus non restringitur p ter/
minum positum in predicato ratione significationis
sed solum ratiōe temporis consigni. sed cum dico: de
creat. hoc nomen deus supponit pro essentia. ergo
cum dicitur: deus generat deum. non potest iste ter/
minus deus ratione predicati notionalis supponere
pro persona sed supponet pro essentia. sic autem sup/
ponendo est falsa. cum essentia nō generet. ergo etc.
In oppositum arguitur sic. Habēs deitatem genuit
habentē deitatē. ergo deus genuit deum. cōsequentia tenet
ab equipollenti ad equipollēs. aūs patet. quia pater ha
bens deitatē genuit filium habētem deitatē. In hac
qstiōe erūt tres articuli. In pmo enī videbit de signo
huius nois deus. In 2o de veritate huius: deus non

genuit deū. In 3° de veritate huius: de° genuit deū
¶ Quantum ad primū sit prima ꝯ ꝙ omne nomen cuiuscunqꝫ sit predicamēti significat substantiam cū qualitate. Hanc ponit sanctus Thomas p̄ sen. dis. 22. q. 1. arti. p̄. ad 3m. Cum inquit dicitur ꝙ nomē significat substantiam cum qualitate. non intelligitur qualitas ꝛ substātia proprie ſm ꝙ accipit logicus predicamēta distinguens. sed grāmaticus accipit substantiam quantum ad modum significandi. ꝛ similiter qualitatē. ꝛ ideo quia illud quod significatur per nomē significatur ut aliquid subsistens ſm ꝙ de eo potest aliqd predicari quāuis ſm rem non sit subsistēs. sicut albedo dicitur ꝙ sig̅t substantiam ad differentiam verbi quod non significat aliquid ut subsistēs. ꝛ quia in quolibet nomine est considerare illud a quo nomen imponitur qđ est quasi principium cognoscendi. adeo quantum ad hoc habet modum qualitatis ſm ꝙ qualitas uel forma est principiū cognoscendi rem. vn̄ ſm ph̄m 5° metaphisice. forma substantialis dicitur qualitas. nec refert quantum ad significationem nominis vtrū principium innotescēdi sit idem re cum eo quod nomine significatur. ut in abstractis. uel diuersum. ut in hoc nomine homo. hec ille. ¶ 2ª conclusio est. ꝙ nullū nomē de predicamēto accidentis significat substantiā ꝓut eam accipit logicus uel prim° ph̄us. nisi forte ex ꝯn̄ti Hanc ponit sanctus Thomas super 5° metaphisice ca° de ente. vbi sic dicit. Non est inquit verū quod dicit Auicenna ꝙ predicata que sunt in generibus accidentis principaliter significent substātiā ꝛ posterius accidens. sicut hoc ꝙ dico album uel musicum. nam album ut in predicamentis dicitur solam qualitatem significat. consignificat autem hoc nomem album subiectum ex ꝯn̄ti inquantum significat albedinē per modum accidētis. vnde oportet ꝙ ex ꝯn̄ti includat in sui ratione subiectum. nam accidentis esse est inesse. albedo enim ꝛ si significat accidēs non tamen per modum accidentis sed per modum substātie. vn̄ nullo modo consignificat substantiam. si autem principaliter significaret subiectum. tunc predicata accidentalia non ponerentur a philosopho sub ente ſm se sed sub ente ſm accidens. nam hoc solum quod est homo album est ens ſm accidens. hec ille. Idem ponit 3° sen. dis. 7. q. 1. arti. p̄. ad 5m. Illud inquit quod est per se suppositum hominis non est pars significationis huius nominis album. album enim solam qualitatem significat. cum omne nomen significet vnū. ex albedine autem ꝛ subiecto non fit vnū simpliciter. vn̄ hoc nomen album copulat suū subiectum quasi extrinsecū. hec ille. Idē ponit de potētia dei. q. 9. arti. 4°. vbi sic ait. Cum propria ratio nominis sit quam significat nomē. illud cui attribuitur nomen si sit recte sumptū sub re significata per nomen. sicut determinatū sub indeterminato dicitur supponi per nomē. si autē non sit recte sumptum sub re nominis dicitur copulari p nomen. sicut hoc nomen animal significat substantiā animatam sensibilem. ꝛ albū significat colorem disgregatiuū visus. homo ḡo recte sumitur sub ratione animalis sicut determinatum sub indeterminato. est enim hō substantia aīata sensibilis tali aīa. s. rationali. albo ḡo qđ ē extra essentiā ei° non directe sumitur hō supponitur noīe aīalis. copulatur ḡo noīe albi. ¶ 3ª ꝯ ꝙ oē nomē supponit ꝓ substantia ꝛ proprie significat qualitatem loquēdo ut grāmatice loquitur de substantia ꝛ qualitate. Hanc ponit scūs Tho. 3° sen. dis. 6. q. 1. arti. 3°. In quolibet enim noīe ē duo considerare. s. illud a quo imponitur nomē: qđ dicitur qualitas nominis. ꝛ illud cui imponitur. qđ est substātia nominis. nomē aūt ꝓprie loquendo dicitur significare formā siue qualitate a qua imponitur. dicitur aūt supponere ꝓ eo cui imponitur. hec ille. Ex quo patet ꝙ nomen licꝫ significet substātiā cū qualitate. ꝓprie tamē sig̅t qualitatē hoc est formā a qua nomē imponitur. supponit ḡo ꝓ substantia hoc est ꝓ re cui imponitur tale nomē. illa aūt due quandoqꝫ sunt idem ut patet in abstractis. ꝛ tunc nomen pro eo supponit qđ significat. quandoqꝫ aūt sunt diuersa ut patet in concretis significantib° res materiales. ut pote lapis. ꝛ tūc res ꝓ alio supponit quam significet. lapis enim sig̅t naturā lapidis. supponit ḡo ꝓ eo quod in tali natura subsistit. ¶ 4ª ꝯ est ꝙ sig̅tū nominis est duplex formale ꝛ māle. Hāc distinctionem ponit scūs Tho. de potentia dei vbi s̄. Sciēdū inquit ꝙ aliquid significatur dupliciter. vno mō formaliter. alio modo materialiter. Formaliter quidem significatur per nomen illud ad qđ significandū nomē ē principaliter impositum qđ est ratio nominis. sicut hoc nomen hō sig̅t aliquid cōpositū ex corpore ꝛ aīa rationali. Materialiter ḡo significatur per nomē illud in quo talis ratio saluatur sicut hoc nomē homo significat aliquid habens cerebrū ꝛ cor. hec ille in forma. Ex quib° patet ꝙ loquēdo de significato materiali nomē quandoqꝫ aliqd sig̅t qđ non sig̅t de significato formali. ¶ 5ª ꝯ est ꝙ hoc nomē de° ꝛ quodlibet aliud concretū substantiale sig̅t distincte quidditatē uel essentiā. indistincte aūt supposita illius nature. Hāc ponit scūs Tho. p̄ sen. dis. 4. q. 1. arti. 2°. vbi sic dicit. Quidā dixerūt ꝙ hoc nomen deus sig̅t essentiā ꝛ supponit essentiā quantū est de se; ꝓpter indifferentiā eēntie ꝛ ꝑsone in diuinis ex adiuncto notionali trahitur ad supponendū ꝓ ꝑsona. Alij dicunt ꝙ hoc nomen de° sig̅t eēntiā ꝛ supponit quantū est de se ꝑsonam tm̄ indistincte. vn̄ pōt supponere vnam tm̄ uel plures. vnā ut cum dicit: deus generat. plures ut cū dicit: deus est trinitas. ꝛ hec opinio verior est: quia enim ut dicitur in libro de causis oē nomen deficit a significatione diuini eē ꝓpter hoc ꝙ nullū nomē simul significat aliquid ꝑfectū ꝛ simplex. cum abstracta non significent ens per se subsistens. ꝛ concreta significent ens compositum inherens tamen abstracta ꝛ concreta... illud ex quo imperfectio... vtimur vtrisqꝫ noībus in diuinis sed abstractis ꝓpter simplicitatē. concretis ꝓpter ꝑfectionē. vn̄ hoc nomē deus significat ꝑ modū ꝑfecti ꝛ subsistentis ꝑ se sicut hoc nomen homo. vn̄ sicut homo non imponitur ad significandū tm̄ essentiam sed etiā suppositū indistincte...

predicantur de individuo. ita ⁊ hoc nomen deus. ⁊ ideo de se habet ꝙ potest supponere pro persona. ⁊ non habet ꝙ supponat pro essentia ex modo significandi nominis sed tm̄ ratione diuine simplicitatis in qua idem est re eēntia ⁊ suppositum. hec ille. Ex quibus patet quomodo hoc nomen deus significat tam essentiam q̄ personas. Nec est contra illa que dicta sunt in 3ª conclusione. ibi enim loquimur de significato formali. ⁊ illo modo diceretur ꝙ hoc nomen deus solum significat essentiam lʒ supponat pro personis in hac autem conclusiōe loquitur sanctus Thomas generaliter de significato nominis siue sit formale siue materiale. ⁊ ideo dicit talia nomina significare simul naturam ⁊ suppositum qualitatem ⁊ substantiam iuxta intellectum prime conclusionis. ¶ Sʒ contra ista arguit Aureolus probando ꝙ concreta nō solum significent distincte ⁊ in actu naturam uel formā que dicitur qualitas. ⁊ pmo sic. Quandocunqȝ aliqđ nomen significat rem aliquam. illa pluraficata nomē dicitur plurificari ⁊ in plurali. ⁊ illa nō plurificata nomen solum dicitur singulariter. sʒ plurificata forma dum tamen maneat idem habens non dicitur nomē plurificari ut patet. quia in vno sciēte possunt eē due uel tres scientie. ⁊ tamen non dicerentur duo sciētes sed vnº sciens. ⁊ in aere ſm aliquos sunt plura lumina. ⁊ tamen non sunt plura illuminata sed vnus aer illuminatus. similiter si essent duo homines habētes eandem numero scientiam. non est dubium ꝙ essent duo scientes ⁊ tamen vna scientia. ergo sciens nō significat scientiam nec aliquod concretum formaret. ¶ 2º arguit sic. Si scientia significaret scientem uel econtra. hec propositio esset vera: scientia est sciens ⁊ sciens est sua sciētia. quod nullus dicit. ergo patet ꝙ concretum non significat solam formam principalē. ¶ 3º sic. Phūs dicit 6º metaphisice ꝙ simū significat hoc in hoc. Et 7º metaphisice dicit ꝙ nugatio ē dicere: nasus simus ⁊ ꝙ in simo reperitur nasus. ergo concretum significat subiectum. ¶ Ad primū istorum dicitur ꝙ aºr est vera de nominibus substantiuis. scḋm Tho. eni prima parte. q. 39. arti. 3º dicit ꝙ singularitas ⁊ pluralitas nominis substantiui attendit̄ ſm formam significatam per nomen. Cuius rationem assignat quia talia significant per modum substātie. substantia autē sicut per se habet esse ita per se habet pluralitatem ⁊ vnitatem siue multitudinem. accidentia autem sicut habent esse in subiecto ita ex subiecto recipiunt vnitatem uel multitudinē. ⁊ ideo quia nomina adiectiua significant per modum accidentis inde est ꝙ in eis attenditur singularitas uel pluralitas ſm supposita. hec ille. Idē ponit pº sen. dis. 29. q. i. arti. 4º Et 3º sen. dis. i. q. 2. arti. 4º et 5º. Vñ arti. 4º in responsione ad 6m sic ait. Cum termini substantiui significēt uel consignificentur pluraliter ex vnitate uel pluralitate forme sigte si tres persone vnam naturā assumpsissent dicerentur vnus homo sicut propter diuinā naturam dicuntur vnus deus. ⁊ sicut dicitur: sola trinitas est vnus solus verus deus ſm Augm. ita posset dici: iste solus homo est pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctº ⁊ tunc iste terminº homo supponeret rem nature humane siue distincte trium personarum. sicut iste terminus deus supponit in dicta locutione rem nature diuine indistincte. ⁊ hec est suppositio sua naturalis ⁊ quasi termini cōmunis respectu trium personaꝝ. suppositio autem qua supponit pro patre uel filio est accidentalis ⁊ quasi termini discreti. hec ille in forma. Arti. vº 5º ad 2m dicit ꝙ si filius assumeret duas naturas ſm vnam quarum diceretur petrus ⁊ ſm aliā iohannes. tunc petrus ⁊ iohannes nō essent duo supposita sed vnum. ⁊ hec esset vera: iohannes est petrº ⁊ iohannes. ⁊ cum petrus ⁊ iohannes non essent vnº homo sed duo homines: singularitas ⁊ pluralitas termini substantiui attenditur ſm vnitatem ⁊ pluralitatem nature sigte per terminū. ⁊ non ſm vnitatem uel pluralitatem suppositorum. Q̄uis enim pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctº sint tria supposita. tamen ꝓpter vnitatem diuine nature quam significat hoc nomen deº dicuntur vnus deus. ita econtra q̄uis iohānes ⁊ petrus essent vnum suppositum. tamen ꝓpter pluralitatem naturarū assumptarū dicerētur duo iohānes. sed diuersitas naturarū manēte vnitate suppositi nō impediret qn de se inuicem predicarentur. quia identitas suppositi sufficit ad veritatem predicationis. hec ille in forma. Q̄uis autē tertia parte. q. 3. arti. 7º dicat ꝙ nullum nomen ab aliqua forma impositū dicitur pluraliter nisi propter pluralitatem suppositoꝝ. Homo enim inquit qui est duobus vestimentis indutus non dicitur duo vestiti sed vnus vestitus duobº vestimentis. ⁊ qui habet duas qualitates dicitur singulariter aliqualis ꝓpter duas q̄litates. Q̄uis inquā ita teneat. tamen ibi ⁊ vbicūqȝ tenet ꝙ nullū substantiuū semper recipit vnitatem a forma quā significat: videtur potius loqui de adiectiuis q̄ꝫ de substātiuis. Tunc ad formam argumenti dicit̄ ꝙ aºr est falsa de nominibus adiectiuis. ad quorum plurificationē requiritur ⁊ sufficit pluralitas suppositorum ⁊ non forme significate. secus ē de terminis substātiuis. ¶ Ad 2m negatur ꝯña. licʒ enim sciens significet scientiam nō tamē supponit pro ea. ⁊ ideo nō potest de illa predicari. sicut nec homo predicatur de humanitate. licʒ eam significet. nam ad veritatē predicationis nō sufficit veritas significationis ex parte forme significate. nisi cum hoc modus significandi esset oīo idem. qđ non est hic. quia licʒ album ⁊ albedo idem significēt tamen album copulat subiectum. significat enī albedinē i cōcretiōe ad illud ⁊ subiectū dicit in recto. ⁊ iō supponit ꝓ illo ⁊ nō ꝓ albedine. albedo aūt sigt eādē formā sine tali concretione sed p modū substantie. ut dictū fuit s̄. ⁊ iō albū non ꝑdicatur de albedine. nec econtra. ¶ Ad 3m dico ꝙ ſm scm̄ Tho. de veritate. q. 10. arti. 4º forme sūt duplices: q̄dā sunt q̄ nullā mām

sibi determinā: ut linea superficies. quedam autem determinant sibi materiam specialem: ut simum. tūc dico ꝙ nullum concretum uel abstractum accidētale de significato principali significat subiectū sed formam. ut dictum fuit. verūtamē quedam illorum dāt intelligere suum subiectum ex consequēti. ⁊ hoc uel sub ratione confusa: ut omnia concreta accidentalia quia significant formā in concreto et ut adiacentem alteri, uel sub ratione determinata. ut illa que significant formam determinantē sibi materiam. sicut simitas uel simum. Et sic patet ad argumenta.

Quantū ad secundum articulum sit hec conclusio ꝙ ista est falsa: deus nō generat deum. Istam conclusionem tenet sanctus Thomas prima parte. q. 39. arti. 4.° ad 3^m. vbi sic ait. Aliter se habet hoc nomen deus ad supponendum pro persona. ⁊ aliter hoc nomen homo. Quia eni natura significata per hoc nomen homo scꝫ humanitas realiter diuiditur in diuersis suppositis per se supponit pro persona. etiā si nihil addatur quod determinet ipsum ad personam que ē suppositum distinctū siue cōmunitas humane nature non est fm rem sed solum considerationem. vnde iste terminus homo non supponit pro natura cōmuni nisi propter exigentiam alicuius additi. ut dicitur: homo est species. sed forma significata per hoc nomen deus scꝫ essentia diuina est vna ⁊ cōmunis fm rem. vñ per se supponit pro natura cōmuni sed ex adiuncto terminatur eius suppositio ad personam. vñ cum dicitur: deus non generat. nihil additur quod determinet hoc nomen ad personam filij. vnde datur intelligi ꝙ generatio repugnet diuine nature. sed si addiť aliquod pertinens ad personam filij vera esset locutio. ut si dicatur: deus genitus non generat. vñ etiam non sequitur: est deus generans. et est deus non generans. nisi ponatur aliquid pertinens ad personas: utputa si dicamus: pater est deus generans. ⁊ filius est deus non generans. hec ille. Et intendit ut mihi videtur ꝙ in illa propositione: deus non generat. li deus stat pro essentia ⁊ nō pro aliqua persona determinate ⁊ distincte. verūtamen non negat qn stet pro re diuine nature. dicit enim 3° sen. vbi sup allegatum est ꝙ naturalis suppositio hui⁹ termini de⁹ est quando supponit rem nature diuine indistincte. res autē diuine nature est suppositum nature diuine. ut patebit in sequenti questione. Ex quo patet ꝙ hoc nomē de⁹ siue supponat determinate ꝓ patre uel filio siue nō semper supponit rem nature diuine. In dicta ĝ ppositione stat pro essentia ⁊ pro re nature diuine indistincte. cum non trahatur ad standum determinate pro hac aut illa persona i speciali. ⁊ ideo quia negatio sequens tantū valet respectu h⁹ termini deus stantis pro essentia diuina uel indistincte pro re nature diuine quantum si precederet. cum hic terminus de⁹ quo ad hoc habeat vicem termini singularis. ut ipse dicit

p° sen. dis. 4. q. i. arti. 2.° ad 3^m. ideo illa negatio negat actum generandi non solum a diuina essentia sed a re diuine nature inqātum hō. Ex quo sequi ꝙ nulla res habens naturam diuinam potest generare. cum enim negatur ab aliquo inqātum tale remouet[ur] ab omni tali. uno [illegible] repugnat. ⁊ quia hoc est falsum ideo ista propositio. deus nō generat. ē falsa. sicut ista res diuine nature inqātum hō non generat. Vñ sanct⁹ Tho. p° sen. vbi dicit. hic terminus deus in hoc conuenit cū terminis cōmunibus ꝙ predicatur de pluribus suppositis. sed in hoc conuenit cum discretis ꝙ non predicatur in plurali quātūcūqꝫ supposita sint multa. non enim pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus sunt dij sed vnus de⁹. ⁊ ideo dicit ꝙ ex hoc habet ꝙ affirmatio ⁊ negatio circa illam sunt contradictorie. vñ fm sctū Tho. ibidem ita contradicunt ad inuicem iste: deus generat. ⁊ de⁹ non ē deus. sicut iste: sortes currit ⁊ sortes non currit. ¶ Sed contra predicta arguit Aureolus in presenti distinctione. Primo sic. Illa propositio est vera cui⁹ equipollens est vera. sꝫ fm te iste due equipollent: deus nō generat. ⁊ essentia non generat. ꝓ eo ꝙ deus non supponit ibi pro persona fm te sed ꝓ essentia. hec autem est vera: essentia non generat. ergo ista est vera: deus non generat. ¶ 2° sic. Predicatum affirmatum ⁊ negatum reducuntur ad idē genus fm Aug^m 5° de trinitate. ait enim ꝙ non homo non aliud genus predicamenti annūciat quā homo. sed tm̄ illud negat. sed generare est aliquid pertinens ad personā ergo ⁊ non generare. ⁊ per ɔñs determinabit deū ut stet pro persona dicendo: deus non generat. ¶ 3° sic. Deus non generat ⁊ omnis deus generat sūt contradictorie. ⁊ per ɔñs affirmatio ⁊ negatio de eodē. sed dicendo: omnis deus generat supponit pro persona. ergo dicendo: deus nō generat stabit similiter ꝓ persona. ¶ 4° sic. Dicendo deus nō generat. aut li deus supponit pro diuina essentia. ⁊ tunc est propositio verissima. aut supponit pro determinata persona. puta pro filio. ⁊ tūc etiam erit vera. aut supponit determinate pro aliqua persona indeterminata. ⁊ tunc etiam erit vera. nam indefinita verificatur pro vna singulari. ergo pro quocūqꝫ supponat propositio erit vera. ¶ 5° quia non est verū ꝙ cuicunqꝫ nature attribuitur negatio alicuius predicati denotetur repugnantia predicati ad naturam. dicendo enim homo nō est albus non denotatur ꝙ albedo repugnet homini. ergo nec denotatur ꝙ generatio repugnet diuine nature dicendo: deus non generat. uel essentia non generat. ergo falsum est quod tu assignas pro causa negationis. ¶ Ad pmū istorū negatur h^{or}. nō eni iste equipollēt fm sctm Tho. deus nō generat. ⁊ ista essentia diuina non generat. qꝛ licꝫ in pma li deus stet ꝓ essentia sicut i 2^a. tn̄ in 2^a stat ꝓ essentia ꝑ se nullo habito respectu ad rem nature diuine que illa natura subsistit. ⁊ ideo solum negat actus generādi ab essentia ⁊ non a supposito uel re illius nature ac per hoc est vera. sed in prima

li deus stat pro essentia habito respectu ad supposi-ta sed indeterminate et indistincte. et hoc quia significat essentiam concretiue. talia autem nomina significant aliquid sub-sistens quantum est ex parte modi significandi. ut dictum est in primo articulo. Subsistens autem in diuina natura est suppositum et res nature diuine. et ideo cum ne-gatur actus generandi a deo: negatur non solum ab essentia diuina sed a re nature diuine. et eius supposito et est talis nature. et ideo est falsa quia generatio non negatur a supposito diuine nature. quia est diuine na-ture. quia sic non conueniret patri. non ergo equipol-lent dicte due propositiones. sed iste potius equipol-lent: deus non generat. et nihil quod subsistit in diuina natura generat. quarum quelibet est falsa. ¶ Ad 2m conceditur antecedens. sed secundum non bene subsumitur. debebat enim subsumi ꝙ generare pertinet ad tale genus uel tale. et concludi ꝙ non generare pertinet ad illud idem. et ar-guens subsumit ꝙ generare est quid personale. et con-cludit ꝙ ideo non generare erit quid personale. et ideo consequentia nulla est. non generare enim non est personale cum eque conueniat essentie sicut persone. imo non conue-nit essentie ratione persone. et ideo argumentum non valet. nec concluditur ꝙ li non generare determinet hoc nomen deus ad standum pro aliqua persona determi-nata: presertim ꝙ illa negatio tenetur ibidem negan-ter. et tantundem valet ac si diceretur. non deus generat. vbi patet ꝙ non restringitur li deus ad standum pro aliqua persona determinata. quia ad illum sensum ne-garet solum sanctus Tho. ꝙ li deus stet pro persona in hac: deus non genuit. ¶ Ad 3m conceditur conclusio. scilicet ꝙ in ista deus non generat li deus stat non solum pro essentia sed pro quocumque diuino subsistente siue sit essentia siue persona. cum enim dicit sanctus Tho. ꝙ in ea nihil po-nitur quod determinet li deus ad standum pro persona filij. non intendit ꝙ in illa propositione stet pro vlla per-sona. sed solum vult ꝙ non stat distincte et in speciali pro aliqua persona determinata. sed pro natura diui-na et pro re nature diuine ut dictum fuit. hoc nomen enim deus de sua naturali suppositione stat pro natura diuina: ut in habente uel pro subsistente in ea. subiectum igitur dicte propositionis supponit indistincte pro re diuine nature. et quia negatio intelligitur precedere totum negans. cum in singularibus non referat ne-gationem preponere uel postponere. ideo per eam de-signatur generationem nullo modo conuenire rei subsi-stenti in natura diuina. ¶ Ad 4m patet per dicta. In illa enim propositione subiectum stat non solum pro essentia. nec restringitur ad aliquam personam in spe-ciali sed indistincte pro quolibet in diuina natura sub-sistente. Et cum dicitur ꝙ tunc est vera quia indefini-ta etc. dicitur ꝙ illa propositio tantum valet ac si esset vni-uersalis negatiua. idem enim est dicere. sortes non cur-rit et nihil quod est sortes currit. sic in proposito: deus non generat. et nihil quod est deus generat. ¶ Ad 5m dicitur ꝙ quandocumque nomen nature supponit pro ipsa na-tura uel pro re talis nature inquantum huiusmodi. et non pro ali-quo supposito determinato illius nature. tunc quic-quid negatur ab illo intelligitur negari a re nature inquantum res talis nature est ac per hoc sibi repugna-re. quod enim ab aliquo remouetur inquantum tale est ei repugnat. cum enim dicitur: homo non est albus si li homo staret ibi pro natura humana precise uel pro sub-sistente in tali natura in communi non pro isto uel illo. tunc idem esset dicere: homo non est albus. et dicere homo inquantum huiusmodi non est albus. sic autem est in propo-sito. Potest etiam aliter dici concedendo antecedens et negan-do consequentiam. nam licet de forma illa consequentia non valeat: deus non generat. ergo deo repugnat generatio. tamen va-let in ista materia. nam in diuinis ad intra quicquid non conuenit repugnat. quia quicquid potest ibi esse iam ibi est. ergo quicquid ibi non est non potest ibi esse sed repugnat. generatio autem diuine persone est ad in-tra. quapropter consequentia valuit in ista materia et si non in alia.

Quantum ad tertium articulum sit ista conclusio ꝙ hec est vera: deus genuit deum. et non solum vera imo propria. Hanc declarat sanctus Thomas prima parte. q. 39. art. 4. vbi ait. Quidam dixerunt ꝙ hoc nomen deus et simi-lia proprie secundum suam naturam supponunt pro essen-tia sed ex adiuncto notionali trahuntur ad supponendum pro persona. et hec opinio processisse videtur ex con-sideratione diuine simplicitatis que requirit ꝙ in deo idem sit habens et quod habetur. et sic habens deitatem quod significat hoc nomen deus est idem quod dei-tas. sed in proprietatibus locutionum non tantum atten-denda est pars significata per nomen. sed etiam modus si-gnificandi. et ideo quia hoc nomen deus designat di-uinam essentiam ut in habente ipsam. sicut hoc nomen homo humanitatem in supposito. Alij melius dixerunt ꝙ scilicet hoc nomen deus ex modo significandi habet ut pro-prie possit supponere pro persona sicut et hoc nomen homo. quandoque igitur hoc nomen deus supponit pro essentia. ut cum dicitur: deus creat. quia hoc predica-tum conuenit subiecto ratione forme significate que est dei-tas. quandoque vero supponit personam uel vnam tantum: ut cum dicitur deus generat. uel duas: ut cum dicitur deus spirat. uel tres: ut cum dicitur. Regi seculorum immortali inuisibili deo. j. Thimot. j. vlt. hec ille. Vult ergo dicere ꝙ in ista: deus generat deum. subiectum supponit determinate pro persona patris secluden-do essentiam ratione additi personalis. et quia sic sup-ponendo propositio est vera et propria. sequitur ꝙ pro-prie loquendo illa sit vera. Eandem conclusionem tenet Petrus sen. dis. 4. q. 1. art. 2. ¶ Sed hanc conclusionem dicit Aureolus deficere in sua probatione tripliciter. Primo quidem in hoc ꝙ dicit ꝙ hoc nomen deus non supponit pro persona cum dicitur. deus creat: actiones namque sunt suppositorum. sed creare est agere. ergo cum dicitur deus creat stat ibi li deus pro suppositis et personis. 2o ad idem

non magis abstrahit creatio q̃ abstrahat intellectio beatorum. sed probatum inquit est q intentio beatorum non potest precise terminari ad essentiã tã q̃ ad illud qd videt sine necessario terminat ad personã p eo q est res habens propriã veritatem. essentia vero non habet. ergo multo min⁹ creatio poterit precise pfluere ab essentia. sz fluet de necessitate a trib⁹ psonis q̃uis per rationem formalem. Deficit iterum sm eum dicta probatio in eo q ait hoc nomen deus supponere pro tribus personis cum dicitur: Regi seculorum zc̃ illi enim soli debetur honor qui creat. sed iste est deus prout subsistit in tribus personis. ergo de⁹ qui creat supponit pro tribus z non pro natura tm̃. cuius oppositũ tu pmo loco dixisti. ita q 2^m dictum videtur primo repugnare. 3° deficit inquit dicta probatio in hoc q dicit deum nunc supponere pro essentia nunc pro persona. semper enim supponit pro persona. si enim aliquando non supponeret pro persona. sed tm̃ pro natura. hoc esset maxime quando de deo predicaretur essentia uel aliquod essentiale: sed etiam tunc supponit pro persona. dicendo enim deus est essentia. uel deus creat. aut intelligit. uel similia. sensus est q habens deitatem est essentia diuina. z q persone que sunt deus sunt ipsamet essentialia. ergo deus sp supponit pro persona uel personis. Et si dicat q nõ: cum dicitur tres persone sunt vnus deus non sunt vna persona sed tm̃ vna essentia. Dicendũ inquit q tunc etiam supponit nõ tm̃ pro diuinitate. imo pro habente diuinitatem. Est enim sensus: tres persone sũt vnus deus id est vnum sunt in habendo diuinitatem licz sint tres habentes. nec est idem sensus: tres persone sunt vna deitas. z tres persone sunt vnus deus ibi enim predicatur absolute diuinitas. hic autem habens diuinitatem. ¶ Ad ea que primo inducit respondetur q false imponit sancto Thome q ipse dixerit in ista: deus creat: subiectum supponere pro essentia. ita q nullo modo pro psona. sanctus Thomas enim p sen. dis. q. i. arti. p. ponit q actus creandi cõuenit diuine nature z eius suppositis. non enim oportebat arguentem laborare ad probandum q creatio nõ potest precise terminari ad essentiam sine personis. cum sanctus Thomas prima parte. q. 45. arti. 7° ad 3^m. dicat z gratis concedat q creare est cõe toti trinitati. z sic patet solutio ad 2^m. Ad illud quod 2° loco proponit vbi vult probare contradictionem in dictis sancti Thome. dicendum iuxta premissa q in ista: de⁹ creat subiectum stat pro essentia z pro re habente diuinitatẽ. z hoc distincte. sed p personis stat indistincte. imo pro tota trinitate. z ideo non est contradictio dicere q in hac: deus creat. subiectum supponit distincte p personis. z dicere q in hac: regi seculorum zc̃. li deo stat pro tribus psonis. Ad illud quod 3° proponit dicitur similiter q procedit ex malo intellectu dictorũ sancti Thome. nõ enim intendit sanctus Thomas q hoc nomen deus quandoq̃ supponat pro essentia q̃n supponat pro persona ibidẽ distincte uel indistincte.

sed ad hũc sensum dicit q aliquando supponit [illegible] persona aliquando pro essentia. quia scz quandoq̃ supponit distincte pro isto z non pro illo quandoq̃ [illegible] tra. quandoq̃ vero supponit pro persona sic q non pro essentia. ut cum dicitur: deus generat. nunq̃ tamen stat pro essentia q̃n implicite uel explicite stet p persona. z q ista sit mens sancti Thome patet. Nã si quando staret pro essentia. z nõ pro persona maxime videretur esse in ista: pater z filius sũt vnus deus. uel in ista: trinitas est vnus deus. sed tamen sm mentem sancti Thome in vtraq̃ istarũ li deus stat implicite pro personis. quod patet. Nã pma parte. q. 36. arti. 4° dicit idem esse iudicium de ista: pater z filius sunt vn⁹ de⁹ z pater z filius sunt vnum principium spiritus sancti. Sicut enĩ pater z filius sunt vnus deus propter vnitatem forme signate per hoc nomen deus. ita sunt vnũ principium spiritus sancti propter vnitatem proprietatis iportate i noie principij. z tñ eodẽ arti. [illegible] ca. s. respondendo ad 4^m et 5^m dicit q in 2ª propositione li principium supponit confuse pro duab⁹ personis indistincte. ergo eodẽ modo haberet dicere de prima propositione. scz pater z filius sunt vnus deus q li deus supponit pro duabus personis indistincte z habet suppositionem confusam. Item 3° sen. dis. q. 2. arti. 4° in responsiõe ad 6^m. dicit q i ista: trinitas ẽ vnus solus verus deus. li deus supponit rem nature diuine indistincte. Rem autẽ nature vocat suppositum eodem libro 3° dis. 6. q. i. arti. p. Cum igitur i istis propositionibus que dicte sunt: scz trinitas est vnus solus verus deus. z pater z filius sunt vnus deus. li deus supponit pro essentia z pro re illius nature. sequitur q sm eum nunq̃ supponit pro essentia q̃n implicite uel explicite supponat p persona. cuius oppositum maxime videretur sensisse in dictis propositionibus quod tamen non fecit. ¶ Ad argumentũ in pe de q̃onis factum dicitur q licz hoc nomẽ deus significet essentiam. tamen q̃tum est de se supponit p habente essentiam z rem nature. etiam non [illegible] personis q̃s fides dicit. vñ potest supponere pro persona etiam si ab alio non restringatur. z quia supponit personam indistincte. ideo potest stare pro persona in locutione pro qua reddit propositionẽ verã. vñ in hac locutione: deus generat. deum in subiecto stat pro patre. in apposito pro filio. Istam solutionem ponit sanctus Thomas p sen. [illegible] ad 2^m. [illegible] ma autem scz pma parte. q. 39. arti. 4° ad 2^m. dicit q ista ratio solum procedit contra illos qui dicebant q hoc nomen deus non habet naturalem suppositionem pro persona. nos autem qui oppositum ponimus [illegible] oportet ponere quid restringat eum ad standum pro persona. Et hec de questione pdicta.

Ecũdo queritur [illegible] xta eandem distinctionẽ. Vtrum [illegible] uinis abstractũ predicetur de co[illegible]

creta ut pote. Utrum deus sit deitas sua uel sua essentia
Et arguitur q nõ. Quia nihil est in seipso. sed deitas
est in deo. ergo deitas nõ est deus. Et similiter nec alr
quod cõcretum predicatur ibidem de suo abstracto
uel econtra. In oppositum arguitur sic. Abstractum
et concretum differunt sicut habens et illud quod ha
betur. Et iterum sicut quod est et quo est. sed talia in
diuinis non differunt. dicit enim Aug. xi. de trinita.
q ideo diuina natura est simplex et nõ est aliud habẽs
et aliud quod habetur sicut in ceteris. Et Boetius in
libro de ebdo. dicit q in solo deo non differt quod
est et quo est. In hac questione erunt duo articuli. In
primo videbitur quomodo tam in deo q̃ in creaturis
se habet abstractum et cõcretum. uel natura et natu
re suppositum. In 2° mouebunť dubitationes. ¶ Quantũ
ad primũ articulũ sciẽdũ q ista q̃stio potest poni sub
multiplici forma. Prima est: an abstractum et concre
tum de se inuicem predicentur. 2ª est: an suppositum
et natura sint idem. 3ª est: an quod quid est sit idem cũ
eo cuius est. Et q̃tum ad utramq̃ formam ponã 3ª cões.
¶ Prima cõ est q in creaturis abstractum et cõcretũ
predicantur de se inuicem in formis generalibus. nõ
autem sic in formis specialibus. Hanc ponit sctũs Tho.
de ueritate. q. 21. arti. 4°. ad 4um. vbi ait. Aliter est in
formis generalibus et aliter in formis specialibus. in
formis enim specialibus non recipitur predicatio cõ
creti de abstracto: ut dicatur q albedo ẽ alba. uel ca
lor est calidus. ut patet etiam per Dionysiũ ca°. 2°. de
diuinis nominibus. Sed i formis generalibus hõ p̃di
catio recipitur: dicimus enim q essentia est ens. et bo
nitas est bona. et unitas est una. Cuius ratio ẽ. q2 qd
primo cadit in apprehensione est ens. vñ oportet q
cuiq3 apprehenso per intellectũ intellectus attribuat
hoc quod est ens. et ideo cum apprehendit essentiam
alicuius dicit illam esse ens. et similiter unãquãq3 for
mam generalem uel specialem. ut bonitas est ens. al
bedo est ens. et sic de alijs. et quia quedam sũt que con
comitanť inseparabiliter rationẽ entis. ut unum bonũ
et hm̃. oportet q de quolibet apprehenso predicenť ea
dem ratione qua ens. vñ dicim° q essentia est una et
bona. Et similiter dicimus q unitas est una et bona. et
ita de bonitate et albedine. et ita de qualibet forma ge
nerali uel speciali. sed album quia est speciale nõ con
comitatur inseparabiliter rationẽ entis. vñ põt appre
hendi forma albedinis sine hoc q attribuatur ei esse
albũ. vñ nõ cogimur dicere q albedo ẽ alba. hec ille
in forma. Consimiliter dicit 2° sen. dis. 27. q. 1. arti. 2°.
in responsione ad p̃mũ. vbi ponit distinctionẽ de no
minibus exprimentibus formas generales et specia
les. ¶ 2ª cõ est q i rebus materialibus differt fm rem
natura et suppositũ nature. Sed anteq̃ veniã ad p
bationem cõnis premittã quid nominis suppositi et na
ture. Quid nois suppositi ostẽdit sctũs Tho. 3° sen. dis
6. q. 1. arti. p°. questiuncula prima. vbi sic ait. Cũ oẽ ingt
particulare habeat respectũ ad cõmunẽ naturã et ad
proprietates potest fm utrãq3 nominari. tam p nomen
prime intentionis q̃ per nomen secũde intentionis. s
cum nomen res nature est nomen prime impositiõis
significãs pticulare p respectũ ad nãm cõmunẽ. hoc
vero nomen suppositum est nomẽ 2e intentionis signi
ficans ipsam habitudinem particularis ad naturam
cõmunem inq̃tum subsistit i ea. particulare vero inq̃
tum exceditur ab ea. Sed quia accidentia cõsequunť
naturam. ideo omne nomen significans particulare
fm respectum ad proprietates. cõsignificat etiam ipsum p
respectum ad naturam cõmunẽ. Hoc autem potest
fieri dupliciter. uel per nomen prime impositionis. et
sic est ypostasis cõmuniter ab omnibus substãtijs. uel
per nomen 2e impositiõis. et sic est indiuiduũ inq̃tum
est indiuisum in se. singulare vero inq̃tum est diuisum
ab alijs. vnde singulare idem est qd diuisum. Est aũt
alia differẽtia attendenda inter ista. quia quedã istorum
rum cõmuniter significãt particulare in quolibet ge
nere. sicut particulare indiuiduũ singulare. quedam
vero particulare tñ in genere substãtie. sicut res natu
re suppositũ psona ypostasis. Quia vero ratio substã
tie est q per se subsistat. inde est q nullũ istorum dicitur
nisi de re cõpleta et subsistenti per se. vñ non dicunť
neq3 de parte neq3 de accidẽte de quib° alia dici pos
sunt que in omnibus generibus inueniũtur. q̃uis eni
hec albedo uel manus dicatur idiuiduũ uel singula
re. non tamen potest dici ypostasis uel suppositũ aut
res nature. hec ille. Item eodẽ arti. q. 2. ad 2um arm. di
cit q suppositum non importat suppositionẽ indigtie
uel potentialitatis. alias psone non dicerenť suppositi
ta diuine nature: sed solum suppositionẽ q̃tum ad
cõitatem inq̃tum natura cõmunis excedit i predica
tione suppositũ actu uel potentia. hec ille. Idem po
nit p̃ma pte. q. 29. arti. p°. et 2°. et. q. 39. arti. p°. et p° sen.
dis. 23. q. 1. arti. p°. Itẽ de potẽtia dei. q. 9. arti. p°. Ex q
bus omnibus habetur q indiuiduũ substantie habet
q̃nq3 quattuor noia. dicitur enĩ suppositũ res nature
subsistentia ypostasis. indiuiduũ enim substãtie fm q
per se existit et non in alio. dicitur subsistẽtia. Illa enĩ
dicim° subsistere que non in alio sed in seipsis existũt.
fm vero q supponiť alicui nature sic diciť res nature
sicut homo dicitur res nature humane. fm vero q sub
ijcitur accidentib° dicitur ypostasis uel substãtia. sup
positum autem dicitur fm q ponitur sub natura cõi
sicut particulare sub specie uel genere. Sic igitur pa
tet quid est suppositum. i. indiuiduũ substantie subsi
stens in genere substantie et in completa specie. nõ enĩ
omne indiuiduũ substantie dicitur suppositum. nam
neq3 anima nec aliqua pars substantie dicitur suppo
situm. quia quodlibet illorum habet naturam unibi
litatis uel nõ est in completa specie. nec etiã talia di
cuntur ypostases uel subsistẽtie uel hm̃. ut patet p̃ma
parte. q. 29. arti. p°. ad 5m. Et. q. 75. arti. 2°. vbi habeť
q anima nõ est quid completum in specie. Quid aũt
significetur nomine nature ostẽdit sanctus Thomas
3. parte. q. 2. arti. p°. Sciendum inquit q nomẽ natu
re a nascendo dictũ est uel sumptum. vnde primo im
positũ est hoc nomẽ ad significandũ generationẽ vi
uentiũ: que natiuitas uel pullulatio diciť. ut dicatur
natura quasi na c tura. deinde translatum est nomẽ
nature ad significandum principiũ hm̃ generationis.

verūtñ istud argumentū soluit̄ p primā distinctionē q̄ ꝓcedit de formis q̄ nō sūt suū esse. cuiusmodi ē raritas uel quātitas de q̄ aduersari⁹ arguit. ❡ Ad 6m negat̄ bor. totā eni realitatē quā hꝫ filius accipit ex vi eēntie ut a formali rōne ꝛ nō ex vi ꝓprietatis. nā licꝫ ꝓprietas filij. s. filiatio sit vera res ꝛ relatio realis. tñ ipsa nō hꝫ ꝙ sit res realis ex rōne relatiōis sꝫ ex ipso esse qđ hꝫ in suo fundamēto. s. diua essentia. sicut eni dicit scūs Tho. p̄. sen. dis. 26. q. 2. arti. p̄. relatio ſm suā rōnem hꝫ ꝙ ad aliud referat: sed nō hꝫ ꝙ ponat aliqd in eo de q̄ dicit̄. sicut oēs alie forme absolute ex ipsa sua rōne habēt ꝙ aliqd ponāt in eo de quo dicunt̄. ꝛ iō inueniunt̄ alique relationes nihil ponētes in eo de q̄ dicunt̄. relatio tñ tunc dr̄ realis qñ hꝫ aliquid in re sup̄ qđ eius esse fundat̄. sicut eq̄litas sup̄ quantitatē. ꝛ ita relationes distinguentes ꝑsonas habēt fundamentū in re. s. ipsam nām q̄ coicat̄ ꝛ coicationē nāe. hec ille. Patꝫ ḡ ꝙ formalis ꝛ p̄ma rō p̄ncipalisq̧ est ipsa diua essentia ꝓprietati ꝙ sit res ꝛ ꝙ habeat realitatē. ꝛ sñter bor rōnis ē falsa. nec valet ꝓbatio eius cū fundet̄ in illa falsa ꝯña p̄us negata. s. essentia non accipit esse nec realitatē p ꝓductionē. ḡ filius nō accipit suā realitatē p illā. Jlla eni in solutiōe p̄mi argumēti ꝯñensa ē penitus nō valere. ❡ Ad 7m dicit̄ sicut ad p̄mū ꝛ 4m. forma eni non ꝓprie fit. ut habet̄ 7o metaphisice. sꝫ tñ cōpositū fit ꝓpter formā ꝛ non ꝓpter mām. similit̄ argumentū non est ad ꝓpositū. q̄ cōmentator loquit̄ de formis q̄ non sunt suū esse. de q̄bus non loq̄mur in p̄senti. ❡ Ad 8m negat̄ aor. ꝛ exemplū adductum in ꝓbatiōne ē ad oppositū. ꝯstat eni ꝙ in nutritione corrumpit̄ cibus ḡ aliqd generat̄ ex eo. ꝛ ꝯstat ꝙ illud est aliq̄ pars nutriti. ut caro uel hꝫ. quero igitur que forma subalis sit terminus hui⁹ gñationis. ꝛ nō pōt dari alia nisi aīa intellectiua p̄cedens. nisi vellemus ponere alias formas subales in carne hūana p̄ter intellectiuā: qđ nō ponim⁹. Jllud ḡ exemplū destruit argumentū ꝛ astruit nostrū ꝓpositū. sciłꝫ ꝙ formalis terminus ꝓductionis nō necessario capit esse p illā. ❡ Ad 9m negat̄ bor imo aīa erit formalis termin⁹ resurrectiōis. vñ istud argumētū ꝛ p̄cedēs destruit seipsū. cū exēpla sint ad oppositū. ꝛ cū dicit̄ ꝙ resurrectio nō ē gñatio. dico ꝙ verū ē q̄ generatio iꝑortat ꝙ genitū nō p̄fuerit gñationi. mō illud qđ resurget prius fuit. ꝛ iterū q̄ illa resurrectio non erit termin⁹ alicui⁹ alteratiōis p̄cedētis ordinate ad susceptionē forme in forma. ꝛ multa alia dissimilia possēt reꝑiri. verūtñ siue resurrectio sit gñatio ut multi ꝯcedūt. siue non ut dictū ē. tñ cā quā argumētū assignat q̄re resurrectio nō est gñatio nulla ē. dicit eni ꝙ resurrectio non est generatio q̄ aīa p̄fuit. hō eni non ē vera cā. q̄ si hoīs aīa crearet̄ ante māe creationē ꝛ corporis formationē ꝛ postea ifunderet̄ corpori disposito: hō resultans diceret̄ in illa vnione ꝓduci ꝛ tñ aīa p̄fuisset. sufficit eni ꝙ hō non p̄fuisset qui vere ꝛ p se dr̄ in illa vnione corporis et anime ꝓduci ꝛ non eius pars nisi p accidens. ❡ Ad 10. dr̄ ꝙ vbi ē exitus de potētia in actū tunc productio forte ē media ſm rē inter formalē terminū [illegible] talis exitus de potētia in actū ſm diuersitatē [illegible] mera coicatio forme [illegible] q̄ ē actus [illegible] [illegible] ꝓducente ꝛ ꝓducto [illegible] non oꝫ. [illegible] ductio non pōt reali[illegible] a termino [illegible] [illegible] intelligēdi. vñ scūs Tho. p̄. sen. d. 4. q. [illegible] p̄ ad 4m dicit. [illegible] nō est aliqd realiter medium inter patrē ꝛ filiū cū gñatio passiue accepta ſm rem ipsa filiatio q̄ est ꝓprietas filij ꝛ ē in filio. Et actiue accepta ē ipsa paternitas q̄ est in patre ꝛ ipse [illegible] [illegible] ꝓprietatē p modū act⁹. ꝛ sua significatio fundat̄ sup̄ rē in acceptiōe vni⁹ ab alio. hec ille. ❡ Ad 11m negat̄ bor ꝛ eius ꝓbatio. non eni de rōne formalis termini ꝓductionis passiue dicte ē ꝙ sibi correspōdeat terminus a q̄. nisi q̄n ꝓductio passiua ē exitus de potētia in actū ꝛ q̄n p eā coicat̄ forma que est suū esse. sꝫ rō formalis termini [illegible] ꝙ [illegible] ꝓductū assimilet̄ ꝓducenti ꝛ coicet̄ sibi a ꝓducente. ❡ Ad 12m dr̄ ꝙ formalis termin⁹ gñationis ē diuina eēntia. sꝫ terminus totalis est ipse filius. Et ad improbationē p̄mi dico ꝙ fundat̄ in falso. s. ꝙ terminus formalis necessario capiat esse et realitatē per ꝓductionē. Ad improbationē secūdi similit̄ dico ꝙ fundat̄ in falso. s. ꝙ passiua gñatio ꝯstituat filiū [illegible] eni falsum ē cū nulla origo ꝑsonā ꝯstituat in diuinis ut alias videbit̄. Aliud etiā falsum ibi supponit sciꝫ istud: gñatio passiua ē fili⁹ uel filiatio. ḡ nō terminatur ad filiū. Jsta eni ꝯña nō valet. nā licꝫ sit idemptitas realis inter gñationē ꝛ genitū in diuinis. tamen differūt rōne fundata sup̄ ꝟitatē rei: ex q̄ ꝯsequit̄ ꝙ ibi pōt aliqd significari p modū vie ꝛ aliqd p modū termini. Aliud falsum ibidē multiplicat̄ sciꝫ ꝙ origo passiua necessario distinguit̄ ab originato. Ex quo infert ꝙ nec filius nec filiatio capit esse per originem. que ambo falsa sunt. dico eni ꝙ non oꝫ originē distingui ab originato nisi vbi origo nō subsistit nec est suū esse. tūc eni origo est accidens originati. sed vbi origo est suū esse subsistens ipsa est illud quod originat̄ ſm rē. ❡ Ad 13m dico ꝙ fundat̄ in illo falso semper dicto. s. ꝙ formalis termin⁹ necessario originat̄. cuius falsitas patet. q̄ in corruptione hoīs sua forma nō desinit esse: q̄re nec oꝫ ꝙ in eius gñatione incipiat esse. Jmplicat etiam aliud falsum. s. ꝙ gñatio realit̄ distinguat̄ a generato vbicūq̧. uel origo ab originato. ❡ Ad 14m negat̄ bor. dico eni ꝙ gñatio passiua se hꝫ p modū vie ad eēntiā diuinā ꝛ ad ꝑsonam. nec ꝓbationes obstāt. non q̄dē p̄ma: q̄ [illegible] [illegible] terminū p̄existere vie metaphorice [illegible] qui dicimus ꝓductionē. ut sepe dictū fuit. [illegible] valet ꝓbatio qua ꝓbat̄ gñationē nō posse [illegible] in ꝑsonā. licꝫ eni gñatio sit ꝑsona ꝛ gñatio [illegible] ꝑsonā. nō sequit̄. ḡ ꝑsona est via i ꝑsonā. sꝫ [illegible] cia accidētis. falsum etiā assumit̄ ibidē. s. ꝙ [illegible] filij ꝯstituat̄ per originē. Jtem ꝙ oīs via necessario sit a termino in terminū realit̄ distinctos. hoc eni nō oꝫ nisi loquēdo de via pedū sed loquēdo de via [illegible] non ē nisi acceptio forme q̄ ꝓ tanto dr̄ via q̄ [illegible]

ponit accepto babitem. ꝑus eni fm modū intelli
gendi filʾ accipit eēntiā ꝙ subsistat in ea uel cōti
neatur ex ea. ⁊ adhūc semꝑ gnātio dicit via. ℂ Ad
[illegible] dicit ꝙ bʾ falsa ē. p passiuā eni generationē fi
liʾ dicit ꝙ ꝓ habet. iuxta illud Daui. Nobis fi
lius accepta oia ꝙ babet. iuxta illud [illegible] nascēdo ac
[illegible] gnatū. qd̄ gloriat mgr̄ scʒ nisi eē nascēdo ac
cipit. dico tn̄ ꝙ gnātio passiua nō distinguit realr̄ ab
eo qd̄ accipit per eā fm rem si rōne. ⁊ ideo oportet
nō solū assignare ꝓductionē: imo ēntiā distinctā
ab ea saltē rōne. cū ille sit de rōne ꝓductiōis. ℂ Ad
16ᵐ dico ꝙ falso nitit fūdamēto scʒ ꝙ verbū men
tis dico ꝙ falso nitit fūdamēto scʒ ꝙ verbū in anima
ne nostre non sit aliqd substantie existens in anima
sed sit ipsa res itellecta posita in esse apparenti. hu
ius eni falsitas alias ostendet. ℂ Ad 17ᵐ dicit ꝙ in
diuinis non ē ꝓpe passio ꝑncipalis quā sic diffinit
vnde scūs Tho. pma pte. q. 41. arti. p. ad 3ᵐ. passio
[illegible] dicit motū ꝓut est in mobili ab alio ⁊ iō nō est
in diuinis nisi grāmatice loquēdo qntū ad modū si
gnificādi. sicut patri attribuimʾ generare filio autē
gnāri. actio autē fm pmā nois institutionē importat
originē motus. sicut eni motus fm ꝙ incipit ab ali
quo ⁊ terminat in illud qd̄ mouet est actio. sic autē
non ē in diuinis ⁊ sic infert ex se passionē. sed i diui
nis dr̄ actio eadē origenis fm ꝙ ab aliq ꝑncipio pro
cedit in aliud qd̄ ē a ꝑncipio. q quidē babitudo ē ipsa
relatio uel notio. qꝛ tamen de diuinis. in talibus re
bus loqui nō possumʾ nisi fm modū rerū sensibiliū
a quibʾ cognitionē accipimʾ: ⁊ i quibʾ actiōes ⁊ pas
siones intātū motū īportāt aliud sūt a relationibʾ
q ex actionibʾ ⁊ passionibʾ ꝯsequūtur: oportuit seor
sum significari babitudines ꝑsonarū p modū actus
⁊ seorsum p modum relationis. ⁊ sic patet ꝙ sūt idē
fm rem. sed differūt fm modū significandi. hec ille
in forma. ℂ Ad 18ᵐ negat aᵃ. nō eni verū est ꝙ sic
de rōne termini totalis ē cape totalr̄ esse p ꝓducti
onē. ꝙ similr̄ de rōne termini formalis sit cape esse
formale p ꝓductionē ut patet ex dictis. nec valet
ꝓbatio p exēplū de mā. qm̄ illa nō est rō qre mā nō
est formalis terminʾ aut totalis actus productiōis
scʒ ꝙ nō capit eē p ꝓductionē. sed cā est: qꝛ non coi
cat ab agente ipsi ꝓducto. sed solū a forma loquē
do de agēte nāli. loquēdo vo de pma rerū creati
one a deo q mā creabat adhuc ipsa nō dicebat for
malis terminʾ. qꝛ ipsa nō potest i esse ꝓdire nisi sub
forma. nec babet ordinē ad eē actu in qd̄ tendit ois
ꝓductio nisi mediante forma. ℂ Ad ꝯfirmationem
dicit ꝙ in illo casu scʒ si mā crearet sub aia intelle
ctiua preexistēte aia eēt formalis terminʾ creatiōis
materie inqntū eēt formalis terminʾ ꝓductiōis cō
positi resultātis ex aia antiq ⁊ mā noua. nō eni eēnt
ibi ꝓductiones: qrū vna terminaret ad materiā so
lū. ⁊ alia ad cōpositū sed eadē eēt. nā mā nō babet
vnde possit ꝓpriam ꝓductionē passiuā terminare:
si crearet illud cōpositū rōne vniʾ ptis scʒ materie
illa aūt mā potiʾ ꝯcrearet ꝙ crearet. ℂ Ad 19ᵐ ne
gat aᵃ vbi terminʾ formalis sola rōne distinguitur
a termino totali. nec eni formalis terminʾ nō est ps
fm rem cū sit totū ꝓductum. nec etiā ps fm rōnem
vbi formalis terminʾ fm suā rōnē est actʾ purus ⁊
subsistens nō mēdicās eē a supposito. ℂ Ad 20ᵐ ne
gat aᵃ. dico eni ꝙ in ꝓductiōe angeli assignat ter
minʾ formalis ipsa natura angeli ⁊ terminʾ totalis
ipsū suppositū. posito etiā ꝙ sola rōne distinguerēt
tur. Omnis eni ꝓductio terminat ad qd̄ est. ℂ Ad
confirmationē dico ꝙ in simplicissimo puta deo di
stinguit rōne ⁊ modo significādi qd̄ ē ⁊ q est ut deʾ
⁊ deitas pater ⁊ paternitas licʒ abstractū ⁊ ꝯcretū
nullatenʾ realr̄ distinguat. ℂ Ad 21ᵐ dicit ꝙ ꝑnci
piū ⁊ ꝑncipiatū realr̄ distinguūt loquēdo de ꝑnci
pio qd̄. ⁊ de ꝑncipiato qd̄. sed loquēdo de ꝑncipio q
⁊ ꝑncipiato q nō oportet ꝙ distinguant. Hāc solu
tionē ponit scūs Tho. pma pte. q. 41. arti. 5. ad pri
mū vbi sic ait. Agens distinguit a facto: ⁊ generās
a generato. sʒ illud quo generās generat ē cōe ge
nerato ⁊ gnānti ⁊ tāto pfectiʾ quāto pfectior fuerit
gnātio. vn̄ cū in diuinis sit pfectissima generatio il
lud quo generās generat ē cōe gnāto ⁊ gnānti idē
numero nō solū specie sicut in rebʾ creatis. p hoc ergo
ꝙ dicimʾ diuina eēntia est q generans generat. nō
sequitur ꝙ essentia distinguat sicut seqret si dice
ret ꝙ essentia diuina generat. hec ille. Eandē po
nit solutionem de potentia dei. q. 2. arti. 2. ad 3ᵐ.
Ex q patet ꝙ nō oportet illud q ꝓducēs ꝓducit di
stingui realiter a forma q ꝓductum gnātionē ter
minat. nec ꝑncipiū quo generās generat distingui
a formali termino generationis. nec ꝓbatiōes va
lent ibidē facte. cū solū ꝓbent ꝑncipiū quo eē veriʾ
ꝑncipium ꝙ ꝑncipium qd̄. tn̄ dico ꝙ ille nō ꝓbant
ꝙ terminʾ formalis sit veriʾ ꝑncipiatum ꝙ supposi
tum ꝓductū. nā qꝛ formalis terminʾ accipit eē per
ꝓductionē. cuiusmodi nō est in diuinis: nec semp in
creaturis ut patet in nutritione. itē in resurrectione
Et similr̄ patet ꝙ argumētū tenet in formis q nō
sunt suū esse. tales eni non coicant nisi fm aliud eē
ut prius dicebat. ℂ Ad 22ᵐ negat aᵃ. nō eni est de
rōne termini formalis ꝙ ꝓducat ut ibidē false sup
ponit. dico eni ꝙ filiatio nō ꝓpe ꝓducit. sed filiʾ
cū relatio inqntū hʾ nō sit terminʾ ꝓductionis ut dr̄
5. phi. ⁊ 11. metaph. sic. ℂ Ad 23ᵐ dicit sic ad 21ᵐ
licʒ eni ꝓducēs distinguat a ꝓducto tn̄ illud q ꝓdu
cēs ꝓducit nō oʒ distingui a ꝓducto. sic licʒ ꝓducēs
nō ꝓducat nisi rōne ꝑncipii q ut pat rōne eēntie. nō
tn̄ oʒ ꝙ eēntia ꝓducat si pat ꝓducit. Et similr̄ si pat
est ꝑncipiū rōne essentie non oportet ꝙ sicut pater di
stinguat a filio ꝙ eēntia distinguat a filio. ⁊ in ꝓpo
sito filiʾ ꝓducit ⁊ gnātur rōne eēntie quā accipit. nō
tn̄ oʒ essentiā distingui a patre si filiʾ distinguit a pre
sed sufficit ꝙ aliū modū eēndi respectiuū babeat in
ꝓducēte ꝑncipiū q ꝙ babeat i ꝓducto terminʾ for
malis. Sic autē ē in ꝓposito. nā eēntia est in pre sub
paternitate. ⁊ i filio sub filiatiōe q sūt relationes re
aliter distincte ⁊ distincti modi reales. scʒ a se ab alio.
ℂ Ad pmū ꝯ 3ᵐ rōnē negat aᵃ. sufficit eni ꝙ illa di
stinguant rōne ꝙntū vnū accidat eē p ꝓductionē ⁊ nō
aliud. Sed scīēdū ꝙ distinctio rōnis multos hʒ gdʾ
nec quicūqꝫ sufficit ad hoc ꝙ ꝑdicata ꝯdictoria pure

realia de taliꝰ distinctis verificenẽ. sȝ tñ distinctio rõnis in tali gradu q̃ sȝ distinctio rõnis fũdaẽ in distinctione reali. isto mõ ꝙ taliꝰ distincta rõne ul' ẽm rõnẽ sic se hñt i re ꝙ vnũ ẽ cõe ẽm rẽ ⁊ idẽ pluribꝰ oppositis ⁊ distictis. reliquũ aũt nõ ẽ cõe sȝ condistinctũ [illegible] sub illo coi ɔtẽns tale inq̃ distinctio rõnis [illegible] ꝙ predicata realia ɔdictoria de extremis illiꝰ distinctiõis verificẽẽ pserti q̃ cõpetũt extremis inq̃tũ distinguũẽ. hꝫ aũt sũt ista ꝑdicata generari nõ gñari. capere eẽ ⁊ nõ cape. ꝑduci ⁊ nõ ꝑduci. nã taliũ ꝑdicatoꝝ vnũ ɔuenit vni extremo distinctiõis ẽm rõnẽ q̃tũ ad hoc in q̃ distinguiẽ ab alio extremo inq̃tũ. s. psona se hꝫ ut qd distinctũ. ⁊ eẽntia ut cõe qd. ꝑduci aũt ɔuenit distīcto ⁊ pticulari. non aũt coi ⁊ indistincto. ¶ Ad 2m dr̃ ꝙ gñatio diuina terminaẽ in filio ad rẽ: verũtñ in filio ẽ res q̃ terminat gñationẽ p modũ formalis termini ⁊ illa ẽ eẽntia. filiꝰ etiã est res q̃ terminat gñationẽ p modũ geniti. nec tñ oꝫ ꝙ si filiꝰ gñeẽ: ⁊ filiꝰ ẽ res diuine nature ꝙ iõ diuina nã gñeẽ. sȝ ẽ fallacia accñtis sic arguendo: res q̃ est filiꝰ gñaẽ: ⁊ illa res ẽ diuina eẽntia igiẽ nã diuina gñaẽ. ¶ Ad 3m dr̃ ꝙ sicẽ nulla psona simul eadẽ gñatiõe gñat ⁊ gñaẽ. ita nulla eẽntia gñat ⁊ gñaẽ eadẽ gñatiõe. nec valet ꝑbatio: prĩ ⁊ filiꝰ sũt idẽ eẽntia [illegible] eadẽ eẽntia gñat ⁊ gñaẽ. nã nõ oẽ qđ est pat gñat. nec oẽ qđ ẽ filiꝰ gñaẽ. ¶ Ad ɔfirmationẽ dr̃ ꝙ dictũ Augꝰ. nõ solũ itelligiẽ de eadẽ psona imo de eadẽ essentia. nec li se solũ refert psonã ẽm rẽ. sed ẽm modũ significãdi. stat eni li se ꝑ supposito locutionis: quõ eẽntia põt dici suppositũ. ¶ Ad 4m negaẽ aꝰ. nõ eni paẽ est eẽntia gñans sȝ eẽntia sub patnitate. nec ẽ simile de sapia ⁊ de eẽntia. licȝ improprie dicaẽ sapia gñans. ⁊ magis iproprie eẽntia ul' suba aut nã gñata. vñ scũs Tho. p sen. dis. 5. q. j. arti. 2o sic ait. Gñare ꝑpe ɔuenit supposito inq̃tũ distictũ. ⁊ iõ q̃ñto magis nomen appropinquat ad suppositũ distinctũ. tãto verius põt de ipso ꝑdicari actꝰ gñandi. vñ hec ẽ ꝑpriissima paẽ gñat. q2 iponiẽ nomẽ pris a ꝑpetate distĩcte. Et similr põt dici psona gñat q2 nomẽ psone iponiẽ a coi ꝑpetate q̃ dr̃ psonalitas. ⁊ ɔñter minꝰ ꝑpe dr̃ deꝰ gñat. q2 q̃uis claudat in se suppositũ: nõ tñ suppositũ distictũ nec imponiẽ nomẽ a ꝑpetate distĩcte. sed ab eẽntia coi. in noibꝰ etiã abstractis ẽ ordo. q2 q̃dã dicũt ordinẽ ad actũ sicẽ virtꝰ bonitas lux nã ⁊ habitꝰ. ⁊ q2 actꝰ sunt suppositoꝝ. iõ in istis inueniẽ dictũ: sapia gñat uel nã gñat. [illegible] locutiones nõ sũt extẽdede. sȝ sũt pie [illegible]. Quedã vero noia sũt q̃ nõ dicũt ordinem ad opationẽ [illegible] imponunẽ ẽm rõnẽ noïs ab actu substãdi sicẽ suba: vñ hꝫ nomẽ suba adhuc accedit ad rõnẽ suppositi. sȝ hꝫ nomẽ eẽntia oĩo remoueẽ a rõne suppositi. ⁊ iõ minime põt dici ꝙ eẽntia gñet. si tñ inuenireẽ eẽt exponẽda: eẽntia gñat. i. paẽ q ẽ eẽntia hꝫ ille. ¶ Ad 5m diciẽ. ꝙ aꝰ ẽ auctoritas mgr̃i sniarũ in hac pte auctoritate cuiuscũq3 sci qm̃ ɔfirmata ẽ p ecclesiã. sci tñ intellexerũt ꝙ eẽntia dr̃ gñata hꝫ ẽ coicata. cũ eni ait Augꝰ. Essentia de eẽntia lumen de luie ars de arte. sp subdit. Et ambo vnũ lumen vna eẽntia vna ars. ut notet coicationẽ [illegible] ture. nõ aũt gñationẽ. ¶ Ad 6m patet per idẽ. ¶ Ad 7m diciẽ ꝙ illud sophisma peccat p fallaciã accñtis vñ scũs Tho. de potẽtia dei. q. 8. arti. 2o ad 6m sic [illegible] hꝫ sophisma eẽntia diuina ẽ paternitas [illegible] est eẽntia diuina. ꝗ filiatio ẽ paternitas. diciẽ in tali [illegible] incidere fallaciã accñtis. Cuiꝰ rõnẽ [illegible] licȝ in deo nullũ sit accñs: ẽ tñ ibi quedã [illegible] accñtis inq̃tũ ea q̃ de inuicẽ predicantur ẽm [illegible] sũt vnũ subiecto ⁊ differũt rõne. vñ [illegible] ꝙ cũ [illegible] ꝑdiceẽ q̃si p accñs de eẽntia cũ ex tali idẽptitate [illegible] rẽ psone ⁊ eẽntie infert ea q̃ dicunẽ de vno dici de alio cõmittiẽ fallacia accñtis. Et idẽ ponit [illegible] te. q. 3. arti. 6o ad 3m vbi dicit ꝙ sic arguẽdo deꝰ [illegible] ingenitꝰ. filiꝰ ẽ deꝰ. ꝗ filiꝰ ẽ igenitꝰ. cõmittiẽ fallacia figure dictionis ⁊ fallacia accñtis. cui ɔcordat Cathon in ꝑposito dicẽs. ꝙ in argumẽto qđ habeẽ p manibꝰ est duplex fallacia. s. figure dictiõis p eo ꝙ in maiore ⁊ minore nõ est idẽ modus ꝑdicatiõis. nã in maiore cũ dr̃ ois [illegible] fuit genitꝰ uel gñabaẽ ꝑdicatio formalis cũ oẽ verbũ prediceẽ formalr ⁊ nõ solũ per idẽptitatẽ. in minore vero cũ dr̃: eẽntia diuina est filiꝰ: ẽ ꝑdicatio p idẽptitatẽ tm̃ ⁊ iõ nõ valet discursus. Est etiã fallacia accñtis. q2 filiatio inq̃tum ꝑdicaẽ de eẽntia p idẽptitatẽ accidit ꝙ gñeẽ. ⁊ ideo nõ est mediũ sufficiẽs ad ɔcludẽdũ gñari de eẽntia diuina. ¶ Sȝ ɔ hãc rñsionẽ arguit Gregꝰ. ꝑo pmã q2 aliꝰ ⁊ aliꝰ modus predicãdi in vtraq3 pmissa nisi aliud interueniat nõ cõmittit fallaciã figure dictionis. qđ patet. q2 alias hꝫ eẽt fallacia figure dictionis: omne animal est sensibile. ois hõ ẽ animal. ꝗ ois homo ẽ sensibilis. q2 in maiori ẽ ꝑdicatio secũdi modi dicẽdi p se ⁊ i minore ẽ ꝑdicatio pmi modi. ⁊ gñalr̃ q̃ñcũq3 ꝑpa passio supioris ꝑdicareẽ de p se iferiori p ipsũ superiꝰ tanq3 p mediũ: eẽt fallacia figure dictiõis. Itẽ q̃ñcũq3 aliq̃ passio pdicareẽ de subiecto aliquo p diffinitionẽ subiecti. eẽt fallacia figure dictionis. q2 aliꝰ modus ꝑdicãdi est qñ passio ꝑdicatur de diffinitiõe subiecti ab illo q̃ diffinitio subiecti predicaẽ de subiecto. ⁊ sic in multis demõstrationibꝰ eẽt fallacia: qđ non ẽ dicendũ. Item hic eẽt fallacia. oẽ animal ẽ albũ. ois homo ẽ animal. ꝗ ois homo ẽ albus. cũ ꝑdicatio maioris sit p accñs. ⁊ ꝑdicatio minoris p se. ⁊ sic pma rñsio nõ valet. ¶ Contra 2am rñsionẽ arguit sic. pmo. qm̃ ẽm eã in multis optimis syllogismis eẽt fallacia accñtis. [illegible] vltimo nunc assig̃to. nã aiali inq̃tũ ꝑdicaẽ de hoc accidit ꝙ sit albũ multo magis q̃ patri accidit [illegible] re inq̃tũ de eo ꝑdicaẽ essentia. 2o q2 ẽm istã [illegible] nem accipiẽ accidẽs nõ ꝑ eo qđ realiẽ adest [illegible] nec ꝑ eo qđ accidẽtaliẽ ꝑdicaẽ. sȝ gñaliẽ p oi extraneo a rõne subiecti. ⁊ sic gñare ẽ accñs prĩ. ⁊ sequiẽ ꝙ in multis demõstrationibꝰ esset talis fallacia sicẽ patet in ipugnatiõe pme solutiõis. ¶ Ad pmũ ɔ pmã solutionẽ rñdeẽ ꝙ nõ queciũq3 variatio modi ꝑdicandi infert fallaciã figure dictionis. sed tñ [illegible] modus ꝑdicandi q̃ vnũ ꝑdicatũ mutaẽ in aliud [illegible] ad aliquid in aliquid. uel ecõuerso. infert fallaciã fi

gare dicendo eo potissimū qñ predicatū quod ꝑdicatur de terminis alicuiꝰ predicamēti ꝛ in q̄ntū hō. ꝯcluditur de terminis alterius ꝑdicamēti. ꝓpter hoc q ꝑdicari de terminis ꝑmi ꝑdicamēti in q̄ntum hoc ꝙ ꝑdicanī de terminis ꝑmi ꝑdicamēti in q̄ntum habet talē modū predicādi uel ecōtra: sicut cū dicitur: gñari ꝑdicaī de filio ex ē relatiuū. ꝛ iō inferī ꝙ gñari ꝑdicetī de eēntia. q2 filiꝰ de eēntia ꝑdicatur uel ecōtra sic in ꝓposito. dico ḡ ꝙ ꝑdicatio ꝑmi ꝛ secūdi modi nō est talis variatio q̄ causet fallaciā figure dictionis sic ꝙ repugnat ei ꝑdicari de aliis qbꝰ non cōuenit in 2° mō. sic in ꝓposito aliq̄ predicata ꝯuenīūt relatiuis in q̄ntū hō. s. q2 sūt distincta in diuinis. q̄bus repugnat ꝑdicari de non distinctis ac ꝑ h̄ de nō relatiuis large capiēdo relatiuū ꝓ supposito in diuinis.

Ad 2m de passione dico ꝙ illa variatio modi ꝑdicandi nō variat veritatē ꝓpositionis sic in ꝓposito vbi actus notionales ꝑdicanī de relatiuis solū. non autē de aliis nisi implicite uel explicite dicant relationē ꝛ supponāt ꝓ eo. cuiusmodi sūt ꝑsona pat deꝰ. vñ scūs Tho. ꝑ sen. dis. 5. q. i. arti. 2° ad 2m. Relatiuū in diuinis dicī multipliciter. ꝓpria sime enī relatiuū est quod fm nomē suum ad aliud referī ut pater. Aliud ē relatiuū qd cōsequī uel causat relationē. sicut gñatio ꝛ gñare. Aliud ē qd implicite claudit in se relationē sicut trinitas ꝑsonas distinctas relatione. ꝛ hoc nomen ꝑsona includit relationē distinguētē. Aliud pōt dici relatiuū in q̄ntū ꝓ relatiuo ponī sicut deꝰ ꝛ eēntia noīa abstracta: cuius rō est dicta. hec ille.

Ad 3m dico ꝙ ꝑdicatio ꝑ se ꝛ ꝑ acciñs non causat fallaciā figure dictionis. sed forte fallaciā accidentis. q̄cūq3 enī aliq̄ duo de se inuicē accidētaliter ꝑdicanī si aliqd predicatū cōueniat vni illoꝝ in q̄ntum distinguī ab alio. ꝛ illud ꝑdicatū ꝯcludaī in esse alteri. cōmittī fallacia accidentis sicut in ꝓposito eēntia ꝛ filiꝰ accidētaliter quodāmodo de se inuicē ꝑdicanī. si ḡ gñari qd ꝯuenit filio in q̄ntū est suppositū distinctū ꝯcludaī ꝑdicari de eēntia q2 predicaī de filio. cōmittī dicta fallacia. nō enī oportet ea q̄ ꝯueniūt filio fm modū q̄ dī ab eēntia. ꝑdicari de eēntia: licz filiꝰ ꝛ essentia de se inuicem predicētur. ꝛ de h̄ ampliꝰ dictū est dis. 2a. ꝑ hoc patet ad argumēta ꝯ 2am rñsionē.

Ad 8m patet ꝑ idē. q2 cōmittī fallacia accidētis.

Ad 9m dicēdum ꝙ ista ꝯña non valet: eēntia ē filiꝰ gñatus. ḡ eēntia ē gñata sicut nec ista: eēntia est res generās. ḡ eēntia ē generans. cuiꝰ causa ē fm scm Tho. ꝑ sen. dis. 5. q. i. arti. ꝑ ad 4m. q2 forma adiectiui nō circa idē ponit in añcedēte ꝛ ꝯñte. sed in añte ponit circa ꝑsonā. in ꝯñte ꝟo circa eēntiā. Et ad ꝓbationē ꝯñtie dicī ꝙ phs ad efficaciā illiꝰ ꝯñe non solū ponit illā ꝯditionem q̄ dicta est in arguendo. s3 etiā quādā aliam. s. si fm se ꝑdicetur ꝛ non fm accidēs simpliciter: ꝛ non tm̄ cum addito aliq̄ uł determinatiōe quodlibet illoꝝ predicetur de tali subiecto. nūc aūt nō sic est in ꝓposito. q2 li generatum nō ꝑdicatur fm se si ꝑticulariī ꝛ adiectiue tm̄ sumaī sicut oportet si 2a ꝯña valere debet. s. eēntia ē gñata: ḡ gñabatur. Ad aliā ꝓbationē dicte ꝯñe [illegible] ꝯña ꝛ negaī 2a. Ad ꝓbationē dico ꝙ illa 2a tūc tm̄ habet veritatē vniuersaliter qñ illud superiꝰ predicaī vniuersaliī de illo inferiori: ꝛ de oī de quo inferiꝰ illud predicaī. ita ꝙ non solū predicaī de illo inferiori distributo ꝓ oībꝰ suis ꝑ se. sed etiā ꝓ omnibꝰ de quibꝰ ipsū dicī. sic ꝙ talis ꝓpositio possit eē maior in sillogismo ꝑfecte regulato ꝑ dici de oī. nūc aūt in ꝓposito li gñatū nō est talē superiꝰ ad h̄ gñatū. Nam hec est falsa. omne qd est h̄ gñatum ē gñatū. iō dicta ꝯña nō valet. Patet ḡ ꝙ ꝯña breuiter a ꝑdicato coniūcto ad ꝑtes eius non valet nisi quelibet pars ꝑdicati ꝑdicetī de oī illo de q̄ ꝑdicatur ꝯiūctū. similiī ꝯña ab inferiori ad superiꝰ non valet nisi superiꝰ predicetur de q̄cūq3 de q̄ predicaī inferiꝰ. nullū autem ꝑdictoꝝ est in ꝓposito verū.

Ad 10m dicī ꝙ scūs Tho. rñdet in simili ꝓposito ꝑ sen. vbi s. ad 3m vbi sic arguit: eēntia est paī. ḡ eēntia ē paī filij. sed relatiua dicūtur ad ꝯuertentiā. ḡ filiꝰ erit filiꝰ eēntie. ꝛ sic eēntia gñat. ecce argumētū. Et rñdet dicēdū igr̄ ꝙ cū dicī: eēntia est paī. est duplex locutio ex eo ꝙ li paī pōt teneri ēēntia adiectiue ut ponat formam suam circa eēntiam ꝛ sic est falsa. q2 ꝓprietates nō determinant eēntiā. uel pōt sumi substātiue ꝛ tūc paī supponit in ꝑdicato ꝓ ꝑsona patris ꝛ sic ē vera. nec oportet ꝙ fiat h̄ mō ꝯuersio. ḡ filiꝰ est filiꝰ eēntie. sed filiꝰ ē filiꝰ patris q est eēntia. hec ille. Ita in ꝓposito dico ꝙ ꝯcessa ista: eēntia ē filiꝰ patris. nō sequī ḡ paī est paī eēntie sed sequī ꝙ est paī filii cui ē essentia: nec sequī essentia ē filiꝰ patris. ḡ est gñata: nisi li filiꝰ staret adiectiue. ꝛ ad hūc sensum negaī ꝙ eēntia sit filiꝰ pris eēntia nō opponī relatiue pri. hoc enī sig̃t nomē filij tenentis adiectiue. Pro intellectu huiꝰ ꝛ ꝑcedentis solutiōis notādū ꝙ scūs Tho. 3° sen. di. 5. in expositione lrē sic ait. Differētia ē inī noīa substantiua ꝛ adiectiua. substantiua enī sig̃t non tm̄ formā sed suppositū forme: vñ possūt predicari rōne vtriusq3. ꝛ qñ ꝑdicanī rōne suppositi dicī ꝑdicatio ꝑ idēptitatē. qñ ꝟo rōne forme dicī ꝑ denoīationē seu ꝑ informationem: ꝛ hec ē magis ꝓpria ꝑdicatio. q2 termini in ꝑdicato tenenī formaliī. adiectiua aūt sig̃nt tm̄ formā: ꝛ ideo nō possūt ꝑdicari nisi ꝑ informationē. vñ hec ē falsa eēntia est gñans: q̄uis hec sit vera: eēntia ē paī hec scūs Tho. Ex quibꝰ patet q̄ predicatio sit idēptica ꝛ que formalis.

Ad 11m dicī ꝙ illa cōuersio nō valet. q2 nascēs in añcedēte stat substantiue aliī eēt incongrua ꝛ in ꝯñte stat adiectiue ꝛ non stat vniformiter: sed debet conuerti sic. nascens est essentia ḡ essentia ē filiꝰ nascēs uel aliqd nascens aut hō. addēdo in ꝯñte aliqd quod prohibeat ne adiectiuū ponat formā suā circa eēntiam.

Ad 12m dicī ꝙ in diuinis gñatur aliq̄ res: ꝛ cōcedī ꝙ illa res q̄ generaī est essentia. nec tamē sequī: ḡ eēntia gñaī. nec sequī res que est eēntia gñatur sumēdo rē pro relatiuo ḡ eēntia gñatur sicut nō sequī. res q̄ est eēntia distinguī realiī a filio ḡ eēntia distinguī realiter a filio. ꝛ q2 ē semper stat pro re coī ꝛ nō pro persona. hoc autē qd dico res q̄ est essentia pōt stare ꝓ absoluto ꝛ pro relatiuo. ꝛ ideo nō quicqd predicatur de vno ꝑdicatur de alio.

Ad ꝑmū ꯋtra 4am rōnem dico ꙩ nō aliud concludit nisi ꝙ essentia est illud de quo est filiꝰ. non

tamen sequitur q essentia se habeat in gñatione filij quasi materia uel subiectum. sed q habet vnam de conditionib⁹ nature. non tñ totũ qđ ẽ de ratione materie scʒ potẽtialitatẽ τ actualitatẽ. Põt etiã dici q illud de quo ẽ aliqđ nõ oportet q sit ill⁹ materia. nec q̃si materia. imo põt eẽ ill⁹ forma specifica. sicut cum dicim⁹ angelus ẽ de nã intellectuali ut dictũ fuit in pbanõe 4ᵉ ptis. qđ patet expressius. q si aia pducta esset ante corpus τ postea infũderet corpori ille homo q sic pduceret non esset de anima sicut de materia. τ constat q aia preesset pductioni τ inexisteret homini producto. ergo uel falsũ est q oẽ preexistens pductioni τ inexistens pducto sit illud de q̃ est pductũ ut sumit in maiore hui⁹ argumẽti. uel falsũ est q omne illud de quo ẽ pductũ sit ei⁹ materia uel quasi mã licʒ cõueniat cũ materia in vna cõditione. ¶ Ad 2ᵐ dicit q maior ẽ falsa. nisi q̃n talia ostituentia sic se habent q non quodlibet est totũ ostitutũ sed ps eius uel principaliter importans ptem sicut gen⁹ τ differentia in reb⁹ cõpositis. mõ in diuinis eẽntia ẽ ipsa psona diuina τ relatio similiter. Non valet similit maior nisi vbi talia cõstituentia nõ sũt idẽ re. tãc enim oportet vnũ esse potentiale respectu alteri⁹. in diuinis aũt non differt qđ est τ esse. τ ideo nihil potest habere ratonẽ potẽtie. ¶ Ad 3ᵐ pᵒ idem. dico eni pmo q essentia nõ recipit aliqđ ꝑm rem in diuinis cum sit pur⁹ actus licʒ preexistat ꝑm modũ intelligẽdi relationib⁹. Dico 2ᵒ q nõ oportet q recipiẽs aliud sit potentiale uel materiale nisi acqrat aliqđ eẽ p illud. cuiusmodi nõ est in diuinis imo relationes sũt p eẽntiã diuine eẽntie: τ habẽt esse p eã. nõ aũt ecõtra. τ ideo posito q essentia reciperet relationes. non sequit q se haberet respectu earũ ut potẽtiale subiectũ. ¶ Ad 4ᵐ negat aᵃ. non eni oportet q illud de quo aliqđ pducit uel est sit subiectũ gñationis aut pductionis eius. τ de h dat exẽplũ ab aliquib⁹ si eni forma preexisteret τ sub illa crearet materia: cõpositũ resultãs produceretur de illa forma: τ tamẽ non eẽt subiectũ gñationis illius. Illud concordat illi quod dicit scũs Tho. pma pte ut allegatũ fuit in 4ᵃ pte q Michael põt dici eẽ de natura intellectuali τ ꝯsequenter fieri de illa. nõ oportet q̃ li de semp dicere circũstantiam materie uel subiecti. Ex quo patet ad illã ꝯfirmationẽ q̃ ibi fiebat. Ad replicã q̃ ibi ponit dico q sancti dicentes filiũ esse natũ de substantia pris designant ꝯsubstantialitatẽ pncipij pductiui. vñ simul li de importat ꝯsubstãtialitatẽ τ distinctionẽ int illud de q̃ ẽ τ illud quod de eo ẽ. hinc ẽ q non dicim⁹ domũ eẽ de edificatore: nec creaturã de deo. q non ẽ ꝯsubstantialitas domus ad edificatorem. nec dei ad creaturam nec ecõtra. similiter vbi nulla est distinctio non dicim⁹ hoc de h ꝓpie loquẽdo. vnde nõ dicim⁹ ferrũ eẽ de ferro. sed bñ dicim⁹ cultellũ eẽ de ferro: q inter cultellũ τ ferrũ ẽ distinctio sicut inter principiũ intrinsecũ τ pncipiatũ. sensus ẽ q̃ fili⁹ ẽ natus de substantia patris. i. ẽ natus a patre q est eadẽ substantia cum ipse τ ei⁹ pncipiũ. nõ dicim⁹ aũt q filiꝰ ẽ de essentia q essentia nõ est pncipiũ ei⁹ nec ab ipso distincta

nec dicim⁹ q filius ẽ de substantia spũs sancti aut q pater ẽ de eẽntia filij. q licʒ int eos sit cõsubstantialitas τ psonalis distinctio. non tñ scus spũs ẽ pncipiatum⁹. filius est de essentia: dicim⁹ tamẽ q fili⁹ est de essentia patris q̃n in eo qđ dr pris notat distinctio τ pncipiatio. in eo vo q essentia. denotat cõsubstantialitas. τ debet exponi per hãc. filiꝰ ẽ a patre cum q est vna eẽntia τ substãtia. Quod vo ꝯtra hoc inducitur ex argumẽtatiõe Augꝰ. non tollit qđ dictũ est. q Augꝰ accipit ibi eẽ de nihilo cõmõ quo creatura dicit eẽ de nihilo scʒ q nõ est ex aliquo preexistẽte creatura facta ẽ aliqđ preexistens. τ p oppositum accidit eẽ dico de aliq̃ substãtia coiter tam pꝫ eẽ de aliquã substantia preexistente non producta per talem productionem. q̃ pꝫ esse uel fieri aliquã substantiam aliter i alio existentẽ improductã. h aũt modo filius non est de nihilo sed de aliq̃ substãtia τ non ẽ de aliq̃ substãtia q̃ pris. q̃ est de ei⁹ eẽntia. i. ẽ substãtia q̃ est pris. τ sic pcedat argumẽtatio. τ ꝯcludat ꝓpositũ. Q̃uia aũt Marim⁹ ꝯcederet filiũ eẽ ex pre nõ ꝯcedebat ipsum eẽ vnã substantiã cũ patre. qđ Augꝰ ex datis pbat ꝯtra eũ. quia ipse nõ ẽ de nihilo ut creatura. τ p ꝯsequẽs oportet q de aliq̃ uel sit aliq̃ substãtia preexistens. τ non apparet nisi substãtia patris q̃ est suba patris ac p hoc ẽ ex patre q est suba que ẽ filius τ ecõtra. τ ista rõ ẽ Greg. de arimino qui nõ multũ deuiat a scõ Tho. Unde scũs Tho. p̄ sen. de pꝫ. z. arti. pꝫ hec ꝓpositio de ꝓpie sigt pncipiũ τ cõsubstantialitatẽ. hec aũt ꝓpositio ex ordinem pncipij designat. vñ quicqđ dicit eẽ de aliq̃ ẽ ex illo. sed nõ ecõtrario. sicut dicit dis. 36. vñ hec ꝓpositio ex q̃q denotat ordinẽ tẽporis ut ex mane fit dies. q̃q ordinem pncipij a gentio sicut artificiata sunt ex artifice. q̃q principiũ mãle ut cultellus est ex ferro. sed de cũ denotet ꝯsubalitatem semp nõtat pncipiũ uel mãle uel agens ꝯsubstantiale: sicut dicim⁹ q homo filiꝰ gñat de patre suo. cum sit generatio p decisionẽ substãtie τ ꝑm istum modũ filius de patre dicitur. τ de eẽntia patris: tamen de patre sicut de gñante τ de essentia sicut de generatiõis pncipio coicato. vnde τ accedit ad similitudinem pmi modi si a materia remoueatur totũ quod imperfectionis τ remaneat hec sola de conditionib⁹ materie q ẽ manẽs in re τ per eam res substãt τ pcipue res artificiata q̃ est in genere substantie ꝓpter suam materiam τ non propter suam formã ut dicit cõmentator libro de anima. quia ergo de dicit consubstantialitatem τ ordinẽ ad principium. τ consubstantialitas respicit personam gñantem. ideo non dicimus q filius sit de essentia: sed q sit de essentia patris. τ ideo nõ oportet eẽ distinctionẽ filij ab essentia. ¶ Ad 5ᵐ dico q si aᵃ intelligat de terminis productionis que sũt forma τ eius priuatio. aᵃ est vera. sed bᵃ ẽ falsa cum diuina essentia nunq̃ fuerit sub priuatione filij. nec pbatio vadit ad h propositum. si autem termini productionis intelligant principium productiuũ τ ipsum productũ. aᵃ est falsa. ¶ Ad 6ᵐ dr q ꝑm scũ Tho. de potẽtia dei. q. z. arti. p ad pꝫ

nil. Potentia que in deo ponit᷑ nec ꝓprie actiua est nec passiua cũ in ipso nec sit ꝑdicamentum actionis nec passionis. sed sua actio est sua substãtia. sed ẽ ibi nec passionis. sed sua actio est sua substãtia. sed ẽ ibi potentia per modum potentie actiue significata. nec tamen oportet ꝙ filius sit actus uel factus: sicut nec oportet ꝙ ibi sit ꝓprie actio uel passio. hec ille. Dico tamẽ ꝙ in diuinis ẽ potẽtia qua aliquis puta pat᷑ generat. ⁊ ẽ ibi potẽtia qua aliꝰ puta filius generat᷑. eadem tamẽ est potẽtia que est in patre ut generet ⁊ in filio ut generet᷑ ſm ꝙ ponit sctũs Tho. ꝑ sen. dis. 7. q. vltima arti. ꝑ. ¶ Ad 7ᵐ dicit᷑ ꝙ licȝ filius dei non ꝓcreatur de aliqua materia: non tamẽ ꝓducit᷑ de nihilo. vñ sctũs Tho. ꝑ sen. dis. 5. q. 2. arti. 2ᵒ ad ꝑmũ sic ex. Quis filius non sit de materia: tamẽ non sequit᷑ ꝙ non de aliquo. quia ẽ de substãtia patris. quo etiã remoto adhuc nõ sequeret᷑ ꝙ esset ex nihilo ut dictũ est. quia pater nõ est de aliquo ⁊ tamẽ nõ est ex nihilo. hec ille. Pro cuius intellectu sciẽdum ꝙ ſm eundem in principali rñsione differt dicere aliqd non eẽ ex aliquo. ⁊ aliqd esse ex nihilo. cũ enim dicit᷑ aliquid non esse ex aliquo sicut ex materia. nihil ponit᷑ ⁊ hoc ꝯuenit filio dei. cũ autem dicit᷑ aliqd esse ex nihilo remanet ordo affirmatus ad nihil. sȝ aliquid habet ordinem ad nihil dupliciter. scȝ ordinem tẽporis ⁊ ordinẽ nature. ordinẽ temporis eo ꝙ prius fuit nõ ens ⁊ postea ens. ⁊ hoc nulli eterno cõuenit. ordinem nature qñ aliqd habet eẽ dependens ab alio. hoc enĩ ex parte sui nõ habet non eẽ. cũ totum esse suum ad alterum dependeat: ⁊ quod est alicui ex seipso naturaliter ꝑcedit illud qđ est ei ab altero. ⁊ ideo supposito ꝙ celum sit ab eterno. adhuc tamen est verũ dicere ꝙ fuerit ex nihilo sicut ꝓbat Auicenna. Neutro aũt modo filius habet ordinẽ ad nihil. non enĩ habet ordinẽ temporis. qꝛ est eternus. nec ordinẽ nature qꝛ suũ esse est absolutũ non dependẽs ab alio. Quis enĩ filius totum eẽ suum habeat a patre: tñ esse suũ non est dependens. qꝛ accipit a patre idẽ numero esse qđ habet pater: sicut eẽ creature q̄ in nihilũ caderet nisi eẽ suum sustineret᷑ ab aliquo. ⁊ ideo filiꝰ nõ habet eẽ dependẽs. neq̃ ex nihilo qđ necessario sequeretur si aliud esse in numero reciperet a patre. hec ille. Ex quibus patet ꝙ licȝ filiꝰ non fiat de aliquo qđ se habeat ut materia: non tñ creat᷑. tũ quia non ꝓducit᷑ ex nihilo. tum qꝛ ꝓducit᷑ de subã patris. illud aũt ꝓprie creatur qđ ꝓducitur de nullo altero uel vtroq̃ modorum ꝓductorũ quod scȝ prius fuit ſm tempus nõ ens q̄ ens. uel prius ordine nature. quia scȝ ex se non habet eẽ. imo suum esse dependet ad aliud. ⁊ ideo priꝰ natura ẽ non ens q̄ ens. ¶ Ad 8ᵐ dicit᷑ ꝙ siue ignis generet aliũ ignem de parte sue substãtie siue de tota subã dũmodo nulla alia entitas eẽt in igne gñato realiter distincta ab illa substãtia que dat᷑ ei a gñante. sicut in filio nõ est alia entitas ab essentia illa suba non eẽt materia ignis: sed eẽt ipse ignis sic in ꝓposito. ¶ Ad 9ᵐ dicit᷑ ꝙ non sic eẽt in illo casu de igne generante ignẽ de materia ꝓpria. ⁊ de p̃re gñante filiũ de sua subã. nã tũc illud qđ generans daret gñato nõ esset ipsum gñatum: sed ps eius actuabilis p formã. secus ẽ in ꝓposito vbi substantia patris non est pars filij. sed totus filiꝰ. ¶ Ad 10ᵐ dicit᷑ ꝑmo ꝙ nec filiatio nec passiua gñatio est prior filio prioritate originis: aut quacũq̃ alia prioritate extra intellectũ. 2ᵒ dicit᷑ ꝙ licȝ filiatio uel generatio passiua ſm modũ nostrũ intelligẽdi precedãt personam filij. nõ tamẽ oportet ꝙ in aliquo signo uel priori intelligat᷑ filiatio uł passiua generatio eẽ subiectiue in eẽntia diuina ⁊ non in filio. filiatio enim nõ ut relatio: sed ut forma ꝯstitutiua ꝑsone ⁊ generatio passiua ut via se habẽs ad filiũ preintelligunt᷑ ꝑsone cõstitute ut alias dicet᷑. ut aũt preintelligũtur non oportet eas intelligi ut inherentes. sed si intelligãtur ut existẽtes in essentia nõ intelligũtur in ea esse ut in subiecto. sicut enim dicit sctũs Tho. ꝑ sen. dis. 23. q. 1. arti. 3ᵒ ad 4ᵐ. Comparatio terrenorum ad diuina ſm Dil. nulla est. vnde nullus illorum modorum quos ꝓhus enumerat sufficit ad explicandũ quõ in diuinis aliquid in aliquo esse dicat᷑ precipue modus q̄ ꝓprietates in essentia eẽ dicũtur quia non inuenit᷑ in creaturis aliqua diuersoꝝ generum in idẽptitate rei ꝯuenire sicut relatio ⁊ substãtia in diuinis cõueniũt in eẽntia rõne cuius vnum in altero eẽ dicitur scȝ paternitas in essentia sicut in preexistente ſm intellectũ. hec ille. ¶ Ad 11ᵐ negat᷑ aᵒʳ ut dictum ẽ in rñsione 4ᵉ. si enim anima preexistẽs cum corpore nouiter creato cõstitueret hominem illa anima per se igrederet᷑ ꝯstitutionem hominis. nec caperet esse per gñationem illius ⁊ tamẽ non eẽt subiectũ talis ꝓductionis. ¶ Ad 12ᵐ negat᷑ ꝯñia. nec valet ꝓbatio. non enĩ illa ẽ differentia int᷑ generationẽ ⁊ creationẽ. sed plures alie presertim illa q̄ dicta ẽ in solutiõe septimi. verũtamẽ falsũ supponit᷑ ꝙ creatio nõ habeat subiectũ. hoc enĩ falsum est cũ creatio sit accidens ut alias patebit. angelus etiã creatur ⁊ nõ de subiecto fit. nõ ergo põt verificari ꝙ creatio sit productio sine subiecto sui uel sine subiecto quod sit ꝑfecti. ¶ Ad argumẽtum ꝑncipale dicit᷑ ꝙ q̄uis accipere sit actus notionalis. põt tñ terminari ad essentiam. ſm enim sctũ Tho. ꝑ sen. dis. 5. q. 3. arti. ꝑmo ad 3ᵐ. In diuina generatiõe sicut ⁊ in q̄libet alia est tria ꝯsiderare scȝ gñantẽ gñatum ⁊ naturam coicatam ꝑ gñationem. possunt ergo verba notionalia designare ꝯparationem gñantis ad genitum sicut est generare uel gñantis ad essentiam sicut ẽ dare. uł geniti ad essentiam. sicut est accipere. uel geniti ad gñantẽ sicut est nasci. Sciendum igitur ꝙ cum verbũ notionale significet actũ ꝑsone ut distincta est oportet ꝙ semper egrediatur a persona distincta. ⁊ ideo nullũ tale verbum exit ab essentia: ut dicatur essentia generare uel dare notionaliter uel accipere uel nasci. Uerba autẽ que comparationem designant gñantis ad essentiam uel geniti ad eẽntiam terminantur ad essentiam. quia ex illa parte nõ sunt distincta. ⁊ hõ verba sunt accipere dare. Sed verba que designãt comparationẽ geniti ad gñantem: uel econtra sunt distinctiua ex vtraq̃ pte: ⁊ ideo ex neutra pte potest eis adiungi essentia. quia nec essentia generat filium nec pater generat essentiã: qđ patet ex significatiõe

verbo ꝛc. q: generās inq̄tū gn̄ās distinguit a gn̄ato ꝛ econuerso. sꝫ dans distinguit ab eo cui dat: sed nō ab eo qd̄ dat. similit accipiens distinguit ab eo a quo accipit. sed non necessario ab eo qd̄ accipit. aliquis enim seipsum accipere potest sicut seruus manumissus. hec ille. Et ista de q̄stione p̄nti dicta sufficiant.

Circa sextam distinctionem queritur. Utrū pater genuerit filium natura. Et arguit ꝙ nō. Natura enim ꝛ essentia idē sunt s: metaphisice. sed pater nō genuit filium essentia. nec ista cōced. igitur nec debet cōcedi ꝙ genuerit filiū natura. In oppositū arguitur Uerbū in diuinis est vere filius. sed de ratione filij ē ꝙ producatur modo nature ꝛ per naturalem generationem. igitur filius ꝑducitur natura. In ista questione erunt duo articuli. in primo ponentur ꝯnes. in 2: mouebunt obiectiōes. ¶ Quātum ad p̄mū ponitur ista ꝯ ꝙ essentia diuina est principium quo omnium actuum diuinorū. Probatur sic. Quicūq3 actus cōuenit diuine persone. aut cōuenit ei ratione sue eēntie. aut ratiōe sue proprietatis. si rōne essentie tanq3 illi⁹ cuius virtute agit tali actu. habet propositum. si ratione proprietatis aut hoc est inq̄ntum illa proprietas est quid absolutum aut quid relatiuum. Nō 2m quia relatio ut relatio non ē principium agendi: nec ratio alicui agēti: nec terminus. Si ut est quid absolutum. cum omne tale sit diuina essentia uel fundet in ea. sequitur propositum scꝫ ꝙ omnis actus cōueniens diuino supposito conuenit ei ratione essentie tanq3 principij quo suppositum agit. Ista ꝯ est sancti Tho. p̄ sen. dis. 5. q. i arti. p̄. et dis. 6. q. i. arti. 3. ¶ 2a ꝯ ē ꝙ essentia sub ratione essentie nō est principium alicuius actus secūdi qui est operatio. sed solum respectu primi actus qui est esse. ꝑbatur. Illud quod non conuenit omni tali non conuenit ei in eo ꝙ tale. sed essentie non conuenit aliquis actus generaliter scꝫ omni essentie nisi esse. igitur nullius actus ipsa ē principium in eo ꝙ essentia nisi ipsius eē solum. Ista ꝯ ē eiusdem ibidem scꝫ dis. 6. q. i. arti. 3°. et dis. 7. q. i. arti. p̄. ad 2m. ibi enim dicit ꝙ essentia se ipsa dat eē habēti ꝛ ille est quasi actus primus. nec ille actus egredit ab essentia mediante potentia. egredit tamen alius actus ab essentia qui est actus non solum essentie: sꝫ habentis essentiam. est enim essentie sicut principij. ꝛ est habentis essentiam sicut agentis. ꝛ ille est act⁹ secūdus qui dicit operatio ꝛ inter essentiam ꝛ illū actū cadit potētia materie differens ab vtroq3 in creatis realit. sed in deo tm̄ ratione. hec ille. ¶ 3a ꝯ ꝙ essentia diuina est principiū actus gn̄ationis sub ratione qua essentia est natura. ꝑbatur sic. nam cū in essentia sint diuersa attributa que realiter sunt vnum licꝫ distinguant ratione tamē actus refertur ad essentiā s̄m illud attributum quod exigit cōditio actus. sicut intelligere est a diuina essentia inq̄ntum ipsa est intellectus. ꝛ res volite que possunt esse ꝛ non esse producuntur ab essentia inq̄ntum ipsa est voluntas. sed de ratione generationis est ꝙ producatur generatū in similitudinē gn̄antis ꝛ h⁹ ꝑductiōis p̄ncipiū [illegible] ad naturam que est vis ex similibus similia procreans. essentia igitur sub ratione nature est principium actus generandi. ꝛ ideo dicitur ꝙ pater natura genuit filium. Ista est ꝯ scī Tho. p̄ sen. dis. 6. q. i. arti. p̄. Ite de potentia dei. q. 2. arti. 3. arguit ꝙ nec gn̄ationis filij nec ꝑcessionis spūs sancti voluntas est principium sed natura. Q enī voluntas inq̄ntum h⁹ non sit principium taliū actuū argu. sic. Uolūtas inq̄ntum voluntas est cum sit libera ad vtrūlibet se habet potest enim agere ꝛ non agere: sic uel sic facere: velle ꝛ nō velle. ꝛ si respectu alicuius voluntas sit determinata. hoc non est inq̄ntum voluntas. sed ex inclinatione naturali quam habet ad aliquid sicut ad finem vltimum quem nō potest nō velle. sicut volūtas humana non potest nolle beatitudinem: nec velle miseriā. Ex quo patet ꝙ omne illud cuius voluntas est principium quātum in se est possibile: ē esse uel nō esse. ꝛ esse tale uel tale: ꝛ eē tūc uel nūc. omne autem quod sic se habet creatum est. nam in eo qd̄ est increatum non est potestas ad esse uel non esse: sed per se est necesse esse: ut probat Auicenna. si igitur ponatur fili⁹ volūtate gn̄atus sequitur necessario ipsum esse creaturā: ꝛ eo modo potest argui de spiritu sancto. Sed ꝙ dictorum actuum natura sit principiū arguitur sic ab eodem ibidem. Natura inquit ad vnum determinata est. ꝛ s̄m hoc ex hoc ꝙ filius est a patre gn̄atus natura. oportet ꝙ ipse nō possit esse nō gn̄atus. ꝛ ꝙ non possit esse alio modo q3 est. aut patri non cōsubstantialis uel inequalis. cum illud quod naturaliter ꝑcedit ꝑcedat in similitudinem eius a quo procedit ꝛ hoc ē quod dicit Hil. in libro de synodis. Omnib⁹ creaturis substātiam dei volūtas attulit. sꝫ filio naturam dedit perfecta natiuitas: ꝛ ideo talia sūt cuncta creata: qualia deus esse voluit. filius aūt talis ē qualis est de⁹. sicut aūt dictum ē volūtas licꝫ respectu aliquorū ad vtrūq3 se habeat. tamen respectu finis vltimi naturalem iclinationem habet. ꝛ similiter intellectus respectu p̄ncipiorum naturalem quēdā modum habet. principium aūt diuine cognitionis ē ipse deus qui etiam ē finis sue volūtatis. vnde illud quod procedit in deo per actū intellectus cognoscentis seipsum naturaliter ꝑcedit. ꝛ similiter quod procedit p actum voluntatis diligentis seipsum. ꝛ propter hoc cum filius ꝑcedat per actum diuini intellectus inq̄ntum pater cognoscit seipsum. ꝛ spirit⁹ sanct⁹ per actum volūtatis inq̄ntum pater diligit [illegible] ꝙ tam filius q3 spūs sanctus naturaliter procedunt ꝛ ex hoc vlterius ꝙ sint consubstantiales ꝛ coequales ꝛ coeterni patri ꝛ sibi inuicem. hec ille in forma. Eandem ꝯnem cum probationibus tenet [illegible] te. q. 4. arti. 3. et qua ꝯne cum ꝑbationibus [illegible] ꝙ spiritus sanctus non plus producatur voluntate inq̄ntum voluntas est q3 filius. 2: ꝙ filius producitur intellectu ut natura ē. 3: ꝙ spūs sanctus producitur voluntate hoc ē per actū volūtatis ut voluntas [illegible] tura quidem ad vnum determinata. vñ in de potentia

ra dei.q.x².arti.z².ad 4^m dicit φ sicut filius natura/
liter procedit a patre ut verbum.ita spiritus sanctus
naturaliter procedit ab eo ut amor.fm enim φ ponit
sanct⁹ Tho.p̄ sen.d.1.6.q.1.arti.z°. Uolũtas diuina
non se habet ad spiritum sanctum sicut principium
ad principiatum sed sicut principium ad id quod est
sibi ratio principiandi.ꝛ similiter se habet intellectus
ad verbum. voluntas inquit potest comparari ad
aliquid dupliciter. aut sicut potentia ad obiectum:
aut sicut principium. Si comparetur voluntas ad
aliquid ut obiectum:tunc omne volitum a deo po/
test dici esse voluntate eius:ꝛ sic potest dici pater eẽ
deus sua voluntate. vult enim se esse deum.ꝛ simili/
ter potest concedi φ pater genuerit filiũ voluntate.
Si autem voluntas comparetur ad aliquid ut prin/
cipium.hoc potest eẽ dupliciter.quia aut illud ad q̄d
comparatur dicit rationẽ principiandi.aut dicit ipsũ
principiatum. Si primo modo si comparatur volun/
tas ad processionem spiritus sancti qui procedit ut
amor:ꝛ quo amore voluntas principiata producit.s.
creaturas.ꝛ fm hũc modum etiam intellectus se ha/
bet in deo ad generationem filij qui procedit ut ars
ꝛ verbum. Si z°.modo tunc principiatum procedit a
voluntate fm conditionẽ voluntatis. voluntas aũt
quãtum est in se est libera vnde principiata volunta/
tis sunt tñ ea que possunt esse uel non esse.ꝛ hoc mo/
do constat φ voluntas diuina comparatur ad crea/
tionem rerum:ꝛ non ad generationẽ filij.hec ille. Ex
quibus videtur velle φ essentia diuina est p̄ncipium
generationis ꝛ spirationis ꝛ creationis ꝛ omnium di/
uinorum actuum:sed non sub nuda ratione essentie:
quinĩmo essentia diuina ut induit rationem intelle/
ctus aut memorie est principium generationis verbi
ut verbum.licz filij ut ẽ filius p̄ncipium generatiõis
sit essentia ut induit rationem nature. vlterius eẽn/
tia ut induit rationem voluntatis naturalis est prin/
cipium spirandi spũs sancti.sed ut induit rationẽ vo/
luntatis libere indifferenter ad opposita sic est prin/
cipium creaturarũ.ꝛ ex hoc soluuntur multe cõtra/
dictiones que vidẽtur in dictis sancti Tho. ¶ 4ª ꝯ ẽ
φ licz spũs sanctus ꝑcedat naturaliter a patre: non
tamẽ procedit ab eo per modum nature sed p modũ
voluntatis. Prima pars ꝯnis probata est ĩ precedẽ/
ti ꝯne. Sed z^m probat sic scũs Tho. de potentia dei
q.x.arti.z°. Conuenient inquit dixerunt qui posue/
runt vnam istarum processionum esse per modũ na/
ture ꝛ intellectus. aliam p modum voluntatis q̃tũ
ad hoc φ processio que est fm naturam uł intellectũ
non preexigit aliam processionem.processio aũt que
est per modum voluntatis aliam processionem pre/
exigit. Nam amor alicuius rei non potest a volunta/
te procedere nisi preintelligatur ꝑcessisse ab intelle/
ctu verbum conceptum. bonum enim intellectũ est
obiectum voluntatis. hec ille. Item ibidem ad .xj^m.
ꝑcessio que est per modum voluntatis distinguitur
tripliciter ab ea que est per modum nature. Primo
quia sicut proce[illegible] ẽ per modum nature nõ pre/
exigit aliam ꝑcessionem intellectus. processio autẽ
que est p modum volũtatis de necessitate preexigit
aliam ꝑcessionem q̃ est per modum intellectus. z°qz
sicut natura producit aliquid in similitudinem sui ita
ꝛ intellectus tam intra q̃3 extra. Intra quidem sicut
verbũ est similitudo rei intellecte:ꝛ intellectus intel/
ligẽtis seipsum. Extra autem sicut forma intellecta
inducitur in artificiatum. volũtas autem nõ produ/
cit suam similitudinem intus nec extra. Intus quidẽ
non.quia amor qui est intranea ꝑcessio volũtatis nõ
est aliqua similitudo volũtatis uł voliti: sed quedam
impressio relicta in voluto:aut quedam vnio vni⁹ ad
alterum. Extra autẽ non.quia voluntas imprimit in
artificiatum formam intellectam prius q̃3 volitã fm
ordinem rationis. vnde principaliter ẽ similitudo in/
tellectus ꝛ secundario voluntatis. 3° quia processio
nec est tñ ab vno sicut ab agente si sit perfectũ agẽs
nec obstat φ in animalibus idem generatur a duob⁹
scz ex patre ꝛ matre.nam solus pater est agẽs in ge/
neratione.mater vero est patiens.similiter autem ꝑ/
cessio intellectus est ab vno solo.sed amicitia que est
amor mutuus ꝑcedit a duobus ad inuicem se aman/
tibus.hec ille. Sed dicetur forte.quomodo stant si/
mul ista duo φ spiritus sanctus naturaliter ꝑducat᷑
non tamen per modum nature.⁹ Rñdet scũs Tho.
ibidem ad 4^m dicẽs. Spũs scũs naturaliter proce/
dit a patre ut amor:nec tamẽ spiritus sanctus proce/
dit p modũ nature.hoc eñi dicit᷑ in diuinis procede/
re p modum nature quod ꝑcedit sicut ea que in cre/
aturis a natura ꝑducũtur ꝛ non a volũtate.sic ergo
differt naturaliter ꝑduci:ꝛ ꝑduci per modũ nature.
dr̄ aũt ꝑduci naturalr̄ ꝑpť naturalẽ habitudinẽ quã
habet ad suũ p̄ncipiũ.p modũ vero nature ꝑduci dr̄
quod ꝑducit᷑ ab aliq̄ principio sicut natura ꝑducit.
hec ille in forma. ¶ 5ª ꝯ est φ licz spũs sanct⁹ ꝑcedat
naturaliter:cũ hoc tñ libere ꝑcedit a patre. vñ scũs
Tho. dicit ibidẽ ad 5^m. Naturalis inquit necessitas
fm quã voluntas aliqd ex necessitate velle dicit᷑ ut
felicitatẽ.libertati volũtatis non repugnat ut docet
Aug⁹.5.de ciuitate dei. Libertas eñi voluntatis co/
actioni uel violẽtie opponitur.non aũt est violentia
uel coactio in hoc φ aliqd mouetur fm ordinem sue
nature.sed magis in hoc φ naturalis motus impedi/
tur sicut cũ impeditur graue ne descendat ad mediũ
vnde voluntas libere appetit felicitatẽ:licz necessa/
rio appetat illam.sic etiã ꝛ de⁹ sua voluntate libere
amat seipsũ licz de necessitate amet seipsũ: ꝛ neces/
sariũ est φ tantũ amet se quãtum bonus est sicut tã/
tum intelligit se quantũ est.libere igitur spũs sanct⁹
ꝑcedit a patre.non tñ possibiliter sed ex necessitate:
nec possibile fuit ipsũ ꝑcedere minorem p̄re.sed ne/
cessariũ fuit illũ patri esse equalem:sicut ꝛ filiũ qui ẽ
verbũ patris.hec ille. ¶ 6ª ꝯ φ licz respectu g̃natiõis
filij deus habuerit voluntatem cõcomitãtẽ: non tñ
accedentẽ nec añcedentem duratiõe uel intellectu.
Istam ꝯnem ꝑbat scũs Tho. de potẽtia dei.q.z.ar/
ti.z°.ad z^m. dicit eñi sic. Respectu nulli⁹ rei ẽ deo vo/
lũtas accedẽs.quia quicqd aliqñ vult ab eterno vo/
luit. cõcomitans vo est respectu omnium bonorum

Circa vigesimam sextã distinctioné q̃ritur. Utrũ diuine persone ɔstituanť in esse suppositi a proprietatibꝰ relatiõis ꝛ eisdé distinguãť. Et arguiť ꝙ nõ. Ois relatio ꝑexigit distinctioné extremoꝝ ꝛ ɔstitutioné sui oppositi.ḡ non causat distinctioné nec ɔstitutioné.añs patet.q: phs.5ᵒ metaphisice.caᵒ de eodé ꝓbat idéptitaté non eẽ relationé realé ꝑ eo ꝙ exigit distinctionem realé.nec valet argumentũ si relatio causaret extremoꝝ distinctioné.q: tunc ꝓbareť idẽ ꝑ idé uł per suũ posteriꝰ.sꝫ ꝑsone pris ꝛ filij sũt extrema paternitatis ꝛ filiationis.ḡ nõ distinguũť ꝑ eas.ꝛ sic pꝫ ꝙ relatio nõ cãt distinctioné. Qꝫ etiã supponat ɔstitutioné suppositi.patet.q: relationes maxime paternitatis ꝛ filiationis sequũť actioné.actio aũt ꝑ̃supponit suppositũ.ḡ relatio talis nõ cõstituit suppositũ. In oppositum arguiť.ꝙ eni persone distinguanť per relationes.pꝫ ꝑ Boetiũ.ꝑ̃ de trinitate. Subã inquit in diuinis ɔtinet vnitaté: relatio multiplicat trinitaté. Et Ansel. de ꝓcessione spũs sci dicit ꝙ in diuinis oia sunt vnum [illegible]. Ex quibꝰ videť sequi ꝙ relationes ɔstituant ꝛ distinguãt ꝑsonas in diuis. In hac qõne erũt duo articuli. in ꝑ̃ videbiť de quesito.in 2ᵒ videbiť an abstractis ꝑprietatibꝰ relatiuis ꝑ intellectũ a ꝑsonis adhuc remaneãt ypostases. ¶ Quantũ ad ꝑmũ sit ꝑ̃ma ɔ̃ ꝙ ꝑsone diue nõ distinguũť ab iuicé nec ɔstituũť [illegible] ꝑ aliqd absolutũ. Ista ꝓbat scũs Tho. de potẽtia dei.q.8.arti.3ᵒ. Quia inquit fides catholica ponit vnã eẽntiã i tribꝰ ꝑsonis nõ põt itelligi diña [illegible] distinctiua ꝛ ɔstitutiua ypostasis in diuinis.[illegible] eni intelligiť ɔstitui deꝰ qd est cõe tribꝰ personis.[illegible] sigť ut dictũ de pluribꝰ.ꝛ nõ ut ypostasis icoicabilis. Et eadé rõne nihil qd distinguiť absolute de deo ꝑt intelligi ut distinctiuũ ꝛ ɔstitutiuũ ypostasis ꝑ [illegible] nis cũ ea q̃ absolute dicunť de deo signiť [illegible] dũ essentie.oportet ergo ponere distinctiuũ ꝛ [illegible] tiuũ diuine ypostasis in diuinis illud qd ꝑ̃ inueniť de [illegible] pluribus non dici sꝫ vni soli cõuenire.[illegible] sunt.s.origo ꝛ relatio.hec ille. Eandé ɔ̃né ponit ipse

ma pte.q.36.arti.2°.nõ est inqt possibile dicere q᷑ fm aliquod absolutũ diuine psone distinguãt.qꝛ sequeret̃ q᷑ nõ essent vna essentia triũ.qꝛ qd eni absolute dicit̃ i diuinis ad vnitaté essentie pertinet. Idé ponit de poten tia dei.q.10.arti.4°. Item ɔ̃ gentiles libro 4°.ca°.24°. [illegible] q᷑ diuine psone nõ ɔstituũt̃ nec distinguũt̃ [illegible] principaliter in esse psonali aut ypostasis p [illegible] p pductiones aut p pcessiones.sꝫ poti⁹ p relationes originis. Illũ oĩno ponit scũs doctor de potentia dei.q.8.arti.3°.ait eni sic. Distinctiuũ inqt ⁊ cõstitutiuũ ypostasis põt intelligi dupliciter. Uno mõ q̃ formali ypostasis distinguit̃ ⁊ cõstituit̃ formaliter sicut hõ humanitate ⁊ socrates socratitate. Alio mõ quo cõstituit̃ uel distinguit̃ quasi via ad ɔstitutioné uel distinctioné.sic si diceret̃ q᷑ socrates é hõ uel socrates sua gñatiõe q̃ est via ad formã qua formaliter constituit̃.pꝫ igitur q᷑ origo alicui⁹ nõ põt intelligi ut constitutiua ⁊ distinctiua ei⁹ ppter hoc q᷑ formaliter ɔstituat ⁊ distinguat.si eni generatione nõ induceret̃ humanitas nũq̃ generatione ɔstitueret̃ hõ.impossibile é igĩ dici q᷑ ypostasis filii ɔstituat̃ sua natiuitate nisi inq̃tũ intelligit̃ q᷑ natiuitas ei⁹ terminat̃ ad aliqd qḋ formaliter ɔstituit. Ipsa aũt relatio ad quã terminat̃ natiuitas eius est filiatio.oportet igĩ q᷑ filiatio sit formalit̃ ɔstituens ⁊ distinguens ypostasim filii.nõ aũt origo neq̃ relatio intellecta in origine.qꝛ relatio intellecta in origine sicut ipsa origo nõ sigt hoc aliqd subsistens in nã.sꝫ i natura tendens.⁊ qꝛ oĩuꝫ ypostasum eiusdẽ nature est eadé rõ cõstitutionis ⁊ distinctionis.iõ siliter oportet q᷑ ipse patris intelligere q᷑ ypostasis patris cõstituat̃ ⁊ distinguat̃ ipsa paternitate.nõ aũt gñatione actiua ut generatiõe inclusa.h' ille. Et idé oĩno ponit pria pte q.40.arti.2°. Ad hoc inqt q᷑ aliqua distincta itelligãtur necesse est eoꝝ distinctioné intelligi p aliqd intrinsecũ vtriq̃ sicut in rebus creatis p mãm uel p formã. origo aũt alicui⁹ rei nõ sigt̃ ut aliqd intrinsecũ.sed ut via q̃dã a re uel ad ré.sic gñõ sigt̃ ut via q̃dã ad ré generatã.⁊ ut pgrediens a generante.vñ nõ põt eé q᷑ res genita ⁊ generans distinguant̃ sola generatiõe.sꝫ oꝫ intelligere tam in generãte q̃s in genito ea qb⁹ ad inuicé distinguũt̃. In persona aũt diuina nõ est aliud intelligere nisi essentiã ⁊ relationé siue pprietaté. vñ cũ i essentia ɔueniãt.relinquit̃ q᷑ per relationé ad inuicé distinguãt̃. 2°.qꝛ distinctio in diuinis personis nõ é sic intelligenda q᷑ aliqd cõe diuidat̃.qꝛ essentia cois remanet indiuisa.sꝫ oꝫ q᷑ ipsa distinguẽtia ɔstituãt res distinctas.sic aũt relationes uel pprietates ɔstituũt ut distinguãt ypostases uł personas inq̃tũ sũt ipse psone subsistentes.sicut paternitas est pr̃ ⁊ filiatio filius. eo q᷑ in diuinis nõ differt abstractũ a concreto.sꝫ cõtra rõne originis é q᷑ constituat ypostasim uł personã.qꝛ origo actiue sigta sigt̃ ut pgrediens a psona subsistente.vñ psupponit eã.origo aũt passiue sigta ut natiuitas sigt̃ ut via ad psonã subsistenté.⁊ nõdũ ut eã ɔstituens. vñ meli⁹ est dicere q᷑ persone seu ypostases distinguãt̃ relationib⁹ q̃s p originé.licꝫ eni distinguant̃ vtroq̃ mõ.tñ p̃ ⁊ pncipalit̃ p relatiões fm modũ intelligendi. vñ hoc nomé pat̃ non solũ sigt pprietaté.sꝫ etiã ypostasim.sꝫ hoc nomé generans uł genitor sigt tñ pprietaté.qꝛ hoc nomé pr̃ sigt relationé q̃ est ɔstitutiua ⁊ distinctiua ypostasis.hoc aũt nomé genit⁹ sigt origi né q̃ nõ é distinctiua aut cõstitutiua ypostasis.hec ille. Idem ponit p̃ sen.dis.26.q.2.arti.2°.vbi sic ait. Nihil aliud est principiũ distinctionis in diuinis nisi relatio. Cui⁹ rõ est qꝛ oĩs distinctio uel est per quãtitaté uel p formã fm pħm 5°.metaphisice.fm materiã uł quantitaté aũt distinctio i diuinis nõ é.cũ ibi nõ sit quãtitas ⁊ mã.oĩs aũt formalis distinctionis pncipiũ é aliqua oppositio ut largo mõ sumat̃ oppositio fm q᷑ pfectũ ⁊ iperfectũ opponunt̃ inq̃tũ i vno é alterius priuatio uł negatio.in oĩbus aũt oppositionib⁹ alterũ est iperfectũ preter relationé.qḋ patet in affirmatione ⁊ negatione ⁊ priuatiõe ⁊ habitu ⁊ ɔtrarietate siliter.quia fm pħm p̃ phisicoꝝ.semp alterũ ɔtrarioꝝ é ut nobilius ⁊ alterũ sicut vili⁹ ⁊ sicut priuatio.⁊ ideo nulla talis distinctio põt eé in diuinis:vbi é oĩoda perfectio. In relatiuis aũt neutrũ est sicut priuatio alteri⁹ uel defectũ aliqué importãs.cui⁹ rõ est qꝛ in relatiuis non est oppositio fm illud qḋ in aliq̃ est.sꝫ fm q᷑ ad aliud distinguit̃. vñ q̃uis vna relatio habeat anexã negationem alteri⁹ in eodé supposito.nõ tñ illa negatio importat aliqué defectũ.qꝛ defect⁹ nõ est nisi fm aliqd qḋ i aliquo natũ est esse. vñ cũ illud qḋ hꝫ oppositioné relatiuã ad ipsũ fm rõné oppositionis nõ ponat aliquid sꝫ ad aliqd.nõ sequit̃ iperfectio.sꝫ nec defect⁹.⁊ ideo sola talis oppositio cõpetit distinctioni personarum. hec ille. Eandé rõné facit ɔ̃ gentiles vbi s̃. ¶ 3° ɔ̃ é q᷑ licꝫ relatio ex nã relatiõis habeat constituere ⁊ distinguere i eé relatiuo diuinas ypostases.nõ tñ ex natura relationis hꝫ distinguere aut ɔstituere illas in eé ypostatico subsistẽti seu psonali. Hanc ponit scũs doctor de potentia dei vbi sup̃ dicẽs. Relationes in diuinis ⁊ si ɔstituãt ypostases.⁊ sic faciãt eas subsistẽtes.hoc tñ faciũt inq̃tũ sunt essentia diuina.relatio eni inq̃tum relatio non hꝫ q᷑ subsistat uel subsistere faciat.hoc eni solũ substantie est. distinguũt uo relationes inq̃tũ relationes sũt.sic eni oppositioné habent.relinqt̃.igĩ q᷑ ipsa paternitas relatio inq̃tũ est ɔstituẽs ypostasim patris qḋ hꝫ inq̃tũ é idé diuine essentie p intelligĩ gñationi fm uo q᷑ distinguat sic generatio patnitati p intelligitur.hec ille. Ité ibidé ad 8m. Relatio in diuinis nõ solũ est relatio.sꝫ fm rem ipsa diuina substã.⁊ iõ põt ɔstituere aliqd subsistẽs ⁊ nõ solũ aliqd relatiuũ.hec ille. Item ibidé ad 9m dicit q᷑ relatio distinguit inq̃tũ é relatio: ɔstituit ypostasim inq̃tũ é diuina essentia.⁊ vtrũq̃ facit inq̃tũ é diuina essentia ⁊ relatio.h' ille. Et ibidé i fine pncipalis rñsiõis dicit. Relatio ɔstituit ⁊ distiguit ypostasim aut psonã.qꝛ hoc mõ põt intelligi.pñitas eni est ipsa diuina essentia.⁊ pari rõne pr̃ é idé q᷑ de⁹.pñitas q̃ ɔstituendo patré ɔstituit deũ.⁊ sic pñitas licꝫ sit diuina essentia.nõ tñ é cois sic essentia.ita pr̃ licꝫ sit id qḋ de⁹.nõ tñ é cõe ut de⁹.sꝫ ppriũ.pr̃ igĩ de⁹ inq̃tũ é de⁹ est hñs diuinã nãm.⁊ inq̃tũ é pr̃:est ppriũ ab aliis distinctũ. vñ é ypostasis q̃ sigt subsistens in aliqua nã distinctũ ab aliis.⁊ p huc modũ paternitas ɔstituẽdo patré ɔstituit ypostasim.hec ille. Idem ponit p̃.sen.

dis.26.q.2.arti.2° vbi ait ad pmū. Relatio dina aliqd hʒ inqʒtū relatiō⁊ aliqd inqʒtū est dina.⁊ inqʒtū est dina hʒ q̄ sit subsistēs. vñ q̄uis ex hoc q̄ est relatio nō habeat q̄ distinguat ypostasim.q: sic ois relatio h faceret.tñ hoc hʒ inqʒtū est relatio dina.sic eni non assegt substātiā.imo est ipsa suba.hec ille. Idē ponit dis.27.q.1.arti.2°. Itē pma pte.q.40.arti.4°. Sciendū igit q̄ cū dicit p sen. vbi allegaui.q̄ relatio inqʒtū relatio nō hʒ q̄ distinguat ypostasim.illud est verū sic intelligendo q̄ nō ē de rōne relationis realis q̄ distinguat extrema relata tāq̄ duo supposita.pōt eni eē relatio realis int duo extrema q̄rū nulluȝ est ypostasis.ut int duas man⁹ uel duas aias.ʒ tñ de rōne relatiōis realis ē q̄ realr distinguat relatiue sua extrema tāq̄ diuersas res relatiuas.⁊ iō cū diuine psone solū distinguāt relatiue ⁊ non p absoluta.iō relatio inqʒtū relatio distinguit in diuinis supposita q̄ sunt relatiua.ita q̄ inqʒtū est relatio realis distinguit realiter.inqʒtū vo est dina distinguit sua extrema tāq̄ duo supposita.⁊ eodē mō ↄstituit supposita in esse suppositi ⁊ persone. Recolligēdo igit oia dicta sci doctoris dico p̄ q̄ relatio realis ex hoc q̄ ē relatio distinguit realiter ⁊ ↄstituit in esse relatiuo. 2° q̄ relatio realis inqʒtū hʒ nō distinguit sua extrema i esse suppositi.nec ↄstituit ea i esse suppositi aut persone. 3° q̄ relatio inqʒtū est dina eētia hʒ q̄ illa q̄ distinguit relatiue distinguat tāq̄ duo supposita ⁊ q̄ illud q̄d ↄstituit sit suppositum nature rōnalis.⁊ ↄñter sit persona.ita q̄ distinctio ⁊ ↄstitutio ↄuenit relationi reali inqʒtū relatio realis.ʒ q̄ illud distinctū per relationē sit subsistens uł suppositū aut psona.hoc facit relatio inqʒtū est dina natura subsistēs ⁊ intellectiua ⁊ inqʒtū etiā talis relatio ē incoicabilis. Sic ergo patet intellectus ↄnis.

Sed contra cōclusionē primā arguit Gregorius pbando q̄ dine psone nullis ppriētatib⁹ relatiuis aut absolutis ↄstituantur ⁊ hoc q̄ttuor rationibus. quaȝ pma talis ē. Persona dina ē simplex oio.ġ nulla dina psona p aliqd i suo eē ↄstituit.ↄña ē determinatū ex fide. pbat ↄña.q: si aliq̄ persona ↄstitui p aliquid.sumat illud pcise fm se.⁊ q̄rat de ipso.an ipsum sic pcise acceptū sit ipsa psona ↄstituta.aut nō ʒ ē aliquid ei⁹. Nō pōt dici pmū.tum q: nulla psona ↄstituit seipsam.oē eni cōstituēs ē aliq mō cā ↄstituti p ipsū. tum q: si illud ↄstituēs ē psona.⁊ ↄstat q̄ ↄstituens nō ↄstituit p aliqd.ġ nec psona.aut si psona.ġ ⁊ ipsū etiā ↄstituit p aliud.⁊ sic i infinitū.si aūt illud ↄstituēs non ē persona ↄstituta.ʒ aliqd ei⁹.aut illud hʒ eē p operationē aie tm̄.⁊ tunc ↄstat q̄ non ↄstituit psonā etnā q̄ ē sūma res.aut ē extra aiam.⁊ qcqd ipsum sit siue res siue formalitas siue modalitas aut q̄uis alio noie appellet ex q̄ ipsa nō est psona.ʒ aliqd ei⁹.⁊ nō possit intelligi q̄ sit ei⁹ extrinsece sicut forma materie.ʒ itrinsece sic pars est aliqd toti⁹.sequit q̄ psona non sit oio simplex. ¶ 2° arguit sic. Nō min⁹ ē simplex psona diuina q̄ eētia dina aut aliq̄ ppriētas psonalis q̄cūq sit illa si qua sit.ġ nō magis ipsa ↄstituit ex aliqb⁹ uel p aliq̄ q̄ ipsa dina eētia uł ppetas.ʒ nec eētia dina nec ppetas ↄstituit p aliq̄ ut oēs ↄcedūt.⁊ p ↄñs nec p aliqd q: ipossibile ē esse vnū solū ↄstitutum eiusdē rōnis. ... nā de tali ē sermo nō de extrinseco.sic pducens pōt dici ↄstituere in esse ipsum pductū.ġ nec ipsa psona p aliqd ↄstituit. ¶ 3° sic. Nā si psona ↄstitueret p ppriētatē aliquā ↄstitueret etiam per eētiam.⁊ sic essentia constitueret per psonā. hoc ḡ patrē.⁊ p ↄñs eētia nō eēt pr̄ q̄d ē ↄ determinatorē ecclesie in ca° dānam⁹. ¶ 4° Nā seq̄ret q̄ pat eēt aliq mō causatus ⁊ pncipiat⁹.nā q̄dlibet ↄstitutum ē aliq mō cā ⁊ pncipiū sui ↄstituti.ʒ ↄñs ē falsū.sic eni pr̄ nō eēt pma causa ⁊ sine pncipio ⁊ sine causa.cui⁹ oppositū expsse ponit Damas. libro p° ca° 12°.⁊ iō nullaten⁹ estimandū ē in deo eē aliqd realr ↄstitutū p aliqd formale uel mãle ↄstitutiuū.ʒ oē q̄d ibi ē seip̄o formaliter ⁊ nō p aliqd sui trāsitiue loquendo ē oē q̄d ē.q̄uis sit ibi vere pducens ⁊ q̄ pducit ⁊ pduct⁹ a pducente habeat eē.ppter q̄d hui⁹ vocabula ↄstitutiui ↄstituere ⁊ ↄstituti ⁊ silia in sensu pmisso nō ↄuenire assumūt ad dina ⁊ meli⁹ esset nō vti in ista mã.⁊ pcerto nusq̄ inueni Augustinū aut alios scōs illi⁹ tpis vbi locuti sūt de distinctiōe dinaȝ psonaȝ talib⁹ visos fuisse vocabulis. ¶ 2° loco arguit Scot⁹ ↄ eādē ↄnē ⁊ pbat q̄ in deo sit aliq̄d suppositū absolutū nō ↄstitutū p relationē. septē medijs. Primū est tale. Nullū ptinēs ad pfectionē ⁊ actualitatē debet dine eētie denegari q̄ ē perfectissima ⁊ actualissima.ʒ subsistere attestat perfectioni ⁊ actualitati. vñ suba perfectior ē accidēte q: subsistit ⁊ pma suba ē perfectior 2ª.q: maxime ⁊ pncipalir subsistit.ut dr in pdictis.ġ essentia dina de se hʒ subsistere multo forti⁹ q̄ aliq̄ suba creata.⁊ p ↄñs erit suppositū absolutū. ¶ 2m est tale. In deo est qcqd ois intellect⁹ intelligit nālr.ʒ oēs philosophantes intellexerūt i deo vnū suppositū absolutū. vñ pagani ⁊ iudei ⁊ oēs nāli ingenio ducti intelligunt deū per modū cuiusdā absoluti suppositi.ġ ide q̄d pus. ¶ 3m ē. Quicqd cōpetit substātijs separatis si sit perfectiōis maxime deo cōpetit.sed fm phm 7° metaphisice ⁊ 3° de aia. In separatis a mã non differt q̄d q̄d est ab eo cuius est siue suppositū ⁊ nã.q: q̄ddītas separata seipsa est suppositum.ergo diuina eētia seipsa formaliter subsistit.⁊ per ↄñs vnū suppositū in deo. ¶ 4m est.q: suba dr a subsistēdo fm Aug. 7° de trinitate.ʒ in diuinis est vna suba absoluta.ġ vnū subsistere ⁊ vnum suppositū absolutū. ¶ 5m est. Actiōes sūt suppositoȝ. ʒ creare velle ⁊ silia cōpetūt dine eētie.ġ videt q̄ ipsa sit suppositū. ¶ 6m est. Incoicabilis eētia videt dare alicui q̄ habeat rōnē suppositi fm determinatorē Ricardi.sed in deo ē existere absolutū oio incoicabile alteri a se.nec eni filius cui coicat aut alie persone sūt aliqd aliud a dino existere.ġ videt q̄ in deo sit aliqd suppositū absolutū. ¶ 7m ē. Si absolutū suppositū repugnaret i diuinis hoc eēt q: poni oporteret q̄tuor supposita aut q̄ttuor psonas.ʒ hoc nō impedit.q: illud suppositū nō ponit i nūez cū trib⁹ vn sicut nō ē q̄ternitas rerū.licʒ sint tres ppriē ⁊ vna q̄dā cois p cōter illa cois veraciter ē q̄libet illaȝ triū.fm q̄ videt dicit generale Abbatem Joachim ca° dānam⁹ sic nec erat

[illegible] q̄ternitas.q2 illud.cōe suppositū absolu/
[illegible] qlibet illoꝝ triū relatiuoꝝ.ḡ nō appa
[illegible] nō posse poni aliqḋ suppositū absolutū.⁊ per
[illegible] diuinū suppositū cōstituit̄ per relationem.
¶ Cōtra 2ᵐ ꝯnē arguit Aureol⁹.ꝓferti ꝯ̄ illud dictū
[illegible] relationes ſm nr̄m modū intelligēdi p pri⁹ ⁊ ꝑn
[illegible] constituit ⁊ distinguāt ꝑsonas q̄ꝫ origines ipse ut
[illegible] filiatio q̄ꝫ generare uel generari. Et argu/
[illegible] Jllud qḋ ē posteri⁹ ſm nr̄m modū intelligendi
[illegible] fundamētū in q̄.nō videt̄ ſm nostrū modū intelli
[illegible] ꝑncipali⁹ ꝑsonā ꝯstituere.ſꝫ pat̄nitas ē po
[illegible] ipso gn̄are.⁊ filiatio ipso generari.impossibile
[illegible] intelligat̄ pr̄ nisi q gn̄at uel genuit filiū.nec fi
[illegible] gn̄at̄ uel genu⁹ ē. Ui ꝑ phs dic̄ 5º metaphisi/
[illegible] relatiōes hꝫ fundant̄ sup egsse. Et auctor.6 ꝑn
[illegible] dicit q paternitas fundat̄ sup potentiā gene/
[illegible] actualiᵗᵉʳ.ergo īpossibile ē q ꝑ ⁊ ꝑncipali⁹ itel
[illegible] pat̄nitas patrē cōstituere q̄ꝫ generare.cū gn̄are
[illegible] modū intelligēdi ꝑcedat patrē ⁊ sit fundamē/
[illegible] Et si dicat̄ q pat̄nitas ꝓut ē relatio supponit
[illegible] notionalē ſm intellectū.ꝓut vō ē ꝯstitutiua ꝑso
[illegible] ꝑintellig.i actū notionali.sicut ⁊ ꝑsona agens. Si
[illegible] dicat̄ nō valet.pat̄nitas n̄ıq̄ꝫ in q̄ꝫtū ꝯstituti/
[illegible] aut intelligit̄ ut pat̄nitas.aut si nō itelligat̄ sub ex/
[illegible] rōne pat̄nitatis ⁊ filiatio sub expssa rōne filia/
tionis.nō est verū q magis ſm nostꝝ modū intelligē/
[illegible] pat̄nitas ꝯstituat q̄ꝫ generare ul̄ filiatio.cui⁹ oppo
[illegible] dicūt. Si vō paternitas ⁊ filiatio ꝯstituūt sub
expssis suis rōnib⁹ p̄rnitatis ⁊ filiatiōis inq̄ꝫtū hꝫ vere
intelligunt̄ ut q̄dā habitudines ⁊ q̄dā relationes.⁊ p
[illegible] ꝑsupponūt act⁹ notionales.⁊ sic īpossibile ē q
p ꝑus aut ꝑncipali⁹ ꝯstituāt q̄ꝫ ipsemet act⁹.¶ 2º sic
[illegible] Licꝫ ꝓductiōes elicite nō possint ꝯstituere sup
positū a q̄ eliciūt̄.nec ꝓductiones qb⁹ aliquid passiue
ꝓducit̄ q̄si p modū termini accipientis eē constituere
possint formalit̄ suppositū ad qḋ sūt vie ⁊ qḋ p eas ꝓ/
ducit̄.nihilomin⁹ ꝓductiones actiue q̄ elicite nō sūt ⁊
passiue q̄ vie nō sūt aliqd qḋ p modū termini ꝓducat̄
ꝯstituere pn̄t supposita ⁊ ꝑsonas.ꝓ eo q nō deberent
intelligi p modū egredientiū a supposito uel p modū
[illegible].sꝫ p modū insistentiū quib⁹ formalit̄ ꝓducūt ꝓ/
ducentia q̄ ad ꝓductiōes actiuas ⁊ formalit̄ ꝓducāt̄
ꝓducta supposita q̄ ad ꝓductiōes passiuas.ſꝫ decla/
ratū est ī dis.5ª.q generare non debet intelligi ut ali
quid elicitū.nec generari ut aliqd eliciens personam
filij.q2 non gn̄at̄ in diuinis ut fortes ī humanis.ſꝫ sic ge/
[illegible].nec pat̄ gn̄at sicut plato.ſꝫ sicut gn̄ans.ita ut pr̄
[illegible] generās p gn̄are formalit̄ nō eliciendo ipsum ⁊ fi/
[illegible] genit⁹ p gn̄ari formalit̄ non q2 eliciat̄ p ipsū.ḡ ge
nerare ⁊ generari ſm nostrū modū intelligēdi possūt
[illegible] ꝯstituētia supposita ꝓpri⁹ ⁊ ꝑncipali⁹ q̄ꝫ filia/
tio uel paternitas q̄ assequūt̄ ad illa.vn̄ pꝫ q ꝑdicta
opinio ꝓcessit ex falsa imaginatione nō attendens q
gn̄are nō debet intelligi ī diuinis p modū eliciti nec ge/
nerari per modū elicientis [illegible]. ¶ Cōtra can/
[illegible] 3ᵐ [illegible] arguit Scot⁹ multipliciť. Et ꝑ loco ꝓ/
bat gn̄aliter q relationi ut relatio repugnet ꝯstitue/
re suppositū seu ꝑsonā.⁊ [illegible] modis. Primū est tale.

Jmpossibile ē q relatio det eē ad se.ſꝫ oē esse qḋ dat
est ad aliud.effectus nāq̄ꝫ formalis nō ē opposit⁹ sue
forme.vn̄ albedo nō dat esse nigrū nec calor esse fri/
gidū.cū igit̄ eē ad se opponat̄ relationi.manifeste cō/
uincit̄ q relatio nō dat esse ad se ſꝫ ad aliud.sed ꝯstat
q subsistere dr̄ ad se.nulla enim res subsistit ad alte/
rū.ſꝫ oē illud qḋ subsistit ad seipsū subsistit.ſm Aug.ᵐ
7º de trinitate ca.º 4.º ḡ relationi ut relatio repugnat
q det alicui subsistē ⁊ suppositū eē. ¶ 2ᵐ ē tale. Re/
latio quā īportat paternitas nullū eē dat alicui nisi in
ordine ad filium.sicut pꝫ de sorte q nullū eē recipit a
paternitate nisi relatiuum ad alterum.ſꝫ pr̄ nō ē sup/
positū uel ꝑsona in ordine ad filiū.nō enī est ꝑsona ul̄
suppositū filij.ḡ pat̄nitas nō dat patri q sit suppositū
uel ꝑsona. ¶ 3ᵐ ē tale. Suppositū idē ē qḋ ꝑma suba
q̄ nec de subiecto dicit̄ nec in subiecto ē.ſꝫ relatio nō
dat alicui q sit ꝑma suba.q2 generalissima sunt īper/
mixta nec ponit̄ aliqd in gn̄e sube p relationē.⁊ iterū
ꝑma suba ē magis suba q̄ꝫ 2ª.pꝫ aūt q2 nihil ē 2ª sub/
stantia p relationē.ḡ relatio nō ꝯstituit in esse supposi
ti uel ꝑsone uel in esse suppositali aut ꝑsonali. ¶ 4ᵐ ē
tale. Esse suppositū ul̄ personā nō ē aliud q̄ꝫ esse ali/
quē vnū.ut dicit Ricard⁹.4.º de trinitate.ſꝫ relatiōi
repugnat q det alicui esse vnū istū uel illū uel aliquē
cū esse hūc uel illū sit aliqḋ absolutū.ḡ repugnat rela
tioni constituere suppositū uel personā. ¶ 5ᵐ est tale.
Suppositū hꝫ ꝑfectiōē tertij modi.ſꝫ perseitas tertij
modi repugnat relationi ⁊ cōpetit soli sube ſm ꝑhm
ꝑ posterioꝝ.ḡ repugnat relationi dare eē supposita/
le. ¶ 6ᵐ est tale. Sicut se hꝫ suba ad referre sic relatio
ad subsistere.ſꝫ suba nulli dat formalit̄ referri.ḡ nec
relatio dabit alicui q subsistat. ¶ Cōfirmat̄.q2 ꝓpri⁹
modus essēdi pn̄ti sube est subsistere.sicut referri est
ꝓpri⁹ mod⁹ ꝑdicamenti relationis. ¶ 7ᵐ ē tale. Jllud
nō ꝯstituit suppositū qḋ ꝑsupponit suppositū cōstitu/
tū.ſꝫ relatio est hꝫ.dicit enī Aug⁹ 7º de trinitate q oē
relatiuū est aliqd ꝑter id qḋ relatiue distinguit̄.⁊ sic il
lud aliud a relatione supponit̄.⁊ iteꝝ relatio oritur a
fūdamēto.⁊ supposito.adhuc etiā suppon.t illud qḋ
referi̇ nec ipsū in esse ꝯstituit.ſꝫ iam ꝯstitutū ad aliud
refert̄.ḡ repugnat relationi constituere suppositum.
¶ Cōfirmat̄.q2 relatio videt̄ esse posteri⁹ q̄cūq̄ꝫ fun/
damento ⁊ supposito. ¶ 8ᵐ ē tale. Jlla nō distinguūt
nec ꝯstituūt supposita q̄ sūt cōpossibilia ī eodē suppo
sito.ſꝫ relationes opposite sūt cōpossibiles in eodem
supposito.sic pꝫ de relationib⁹ mouentis ⁊ moti ꝓdu/
cētis ⁊ ꝓducti.sortes enī existēs vnū suppositū mouet
se ⁊ est mouens ⁊ motū.silit̄er etiā in supposito sortis
est pars generās ⁊ pars genita.utpote dū ex alimen
to generat̄ caro virtute aīe.nec ꝓpter hoc caro gene
rans ⁊ caro genita sunt duo supposita.imo in eodem
sorte ꝯcurrunt.ḡ relatiōes supposita nō ꝯstituūt nec
distinguūt. ¶ 9ᵐ est tale. Nō videt̄ maior esse diuersi/
tas int̄ duas relationes q̄ꝫ int̄ duas qualitates oppo
sitas ul̄ duo gn̄a generalissima.ſꝫ due qualitates op
posite ī eodē supposito pn̄t cōcurrere saltē ſm diuer/
sas ptes.ut pꝫ de albedine ⁊ nigredine.nec ꝓpter h̄
ptes ille erūt diuersa supposita.silit̄er etiam q̄litas ⁊

quãtitas sunt in eodẽ supposito. nec ipsũ distinguunt ergo nec relatio habet distinguere ut videt. ¶ 10m ẽ tale Ois relatio terminat ad qd absolutũ. licz eni i termino relationis icludat relatio. nõ tñ tminat p relationẽ sz p aliqd absolutũ. sz psona filij terminat relationẽ pris constat aũt q nõ per essentiã. qr tunc pater eẽt pater essentie filij et generaret eam. quod est erroneũ. ergo necesse est q in psona filij sit aliqd aliud absolutũ per qd terminet relationẽ patris. ¶ 11m est tale. Ois relatio preexigit distinctionẽ extremoȝ. et non causat eã qr 5° metaphisice ca° de eodẽ pbat Aris. idẽptitatẽ nõ esse relationẽ realẽ p eo q non exigit distinctionẽ extremorũ realẽ. nec valeret argumentũ si relatio causaret extremorũ distinctionẽ. qr tunc pbaret idẽ per idem uel p sui posterius. sed psone patris et filij sunt extrema paternitatis et filiationis. ergo non distinguunt p eas. ¶ 2° loco pbat q specialiter repugnet diuine psone cstitui p relationem. qnqz medijs. Primũ ẽ tale. Repugnat diuine persone q sit ens per accñs. et sibi maxime competit per se esse. sz si cstitueret per relationẽ eẽt ens p accñs. Rõnes eni duoȝ pdicamẽtorũ utpote relationis et substantie nõ ccurrũt ad unitatẽ persone. cũ composita ex suba et alijs predicamẽtis sint entia per accñs. igit persona diuina per relationẽ nõ põt constitui. ¶ Confirmat. qr sicut se habẽt relatio et suba ubi realiter distinguũtur ad cstituẽdũ 3m reale sic ubi distinguũtur sm rõnẽ ad cõstituendũ 3m sm rõnẽ. manifestũ est aũt q ubi distinguũt realẽ 3m cstitutũ est ens p accñs. quare in diuinis psona cõstituta esset ens p accñs saltẽ sm rõnẽ. ¶ 2m ẽ tale. Si persona diuina constitueret p relationẽ sequit q diuina essentia verissime referret. In omni enim cõstituto prius sũt ptes et unio prius ordine nature q̃ sit ipsũ totũ constitutũ. ut pz q prius est corpus et aĩa et unio aĩe ad corpus q̃ habeat 3m cstitutũ. Et rõ huius ẽ quia partes sunt priores toto cũ sint pncipia cstituẽtia. in illo ergo priori quo et relatio et unio essentie cũ relatione precedit personã cõstitutã vere poneret relatio suũ effectũ formalẽ circa diuinã essentiam. et per cñs essentia diuina vere diceretur pater uel filia aut generans aut genita. Impossibile est eni formã intelligi i subiecto qn coicet sibi suũ effectũ formalẽ. utpote albedinem in superficie qn fiat alba. aut aĩam in corpore qn corpus sit animatũ. sic igit si persona constituit ex essentia et relatione de necessitate essentia erit primo relata et denominabit a relatione. sz hoc est falsum nec concessũ aliqualit in diuis. ergo psone diue non habent constitui in esse suppositi per relationẽ. ¶ 3m ẽ tale. Aut relatio in diuinis prius unit eẽntie. aut prius persone et supposito. sed non põt dici q p prius uniat eẽntie quia necessario daret sibi p prius referri cũ nõ sit aliud per prius referri q̃ per prius relationi uniri unione formali. ergo necesse est q relatio p prius uniatur persone. et per cñs non cõstituet eam. sz supponet constitutã. ut sibi uniatur. quod enim unitur alteri nõ cstituit eũ in esse cũ unio unibilia presupponat. ¶ 4m est tale Persone diue cum sint dignissime et nobilissime non possunt cstitui per illud quod hz minimũ entitatis. sz cõmentator dicit in 5° metaphisice. ca° 19° q relatio est debilioris esse alijs predicamentis. ita q quidã putauerũt eã esse ex secundis intellectis. ergo psona diuina non põt cstitui in esse personali per relationem. ¶ 5m est tale. Suppositũ unius nature nõ cstituit per aliã quidditatẽ. qr tunc includeret duas qdditates. et esset suppositũ duaȝ naturaȝ. quod est impossibile. sz relatio in diuinis est aliud quidditatiue et sm rõnem ab essentia. ergo non põt diuina persona constitui per relationẽ. alioquin ita eẽt suppositũ relationis sicut ẽ suppositũ diuinitatis. quod dici non põt. ¶ 3° loco pbat q specialiter repugnet patri cstitui per relationem originis. qnqz medijs. Primũ ẽ tale. Actus presupponit suppositũ cstitutum. cum actiones sint singularium et suppositoȝ. ut pz p° metaphisice. sz generare i diuinis est actio suppositi patris. ergo impossibile est q patris suppositũ cstituat per gñare aut per paternitatem q sequitur ad gñare. ¶ 2m est tale. Aut generare egreditur ab essentia aut a persona cstituta. sz nõ põt poni q ab essentia. qr illa non gñat nec generatur. ergo necesse est q eliciat a persona iam constituta. et per cñs nec generare nec paternitas cstituũt pmã personã. ¶ 3m ẽ tale. Prima psona non habet suũ formale constitutiuũ p suã actionẽ cum forma sit prior constituto ut pz 8° metaphisice. vñ nullũ compositũ p suã actionem acqrit sibi formã. sed pma persona habet paternitatem per generare quod ẽ eius actio. fundat eni paternitas sup genuisse. ut pz 5° metaphisice. ergo impossibile est q prima psona constituat in esse personali p paternitatẽ. ¶ 4m est tale. Si pater in esse personali cstitueret per paternitatẽ. tunc filius non vere originaret. Illud eni non vere originat quod posito innascibili habet suũ totũ eẽ oi pductiõe circũscripta. tale aũt est relatiuũ inascibilis. quia ex natura relationis nec est actus primus circũscripta oi actione sine actu 2° necesse est inascibili existente ut eius correlatiuũ existat. patre ergo existente qui constituit i esse personali per paternitatẽ ut ẽ act primus necesse ẽ filiũ existere ex vi patnitatis absqz hoc q pater ipsum originet uel pducat. sed hoc est oio absonum et erroneũ. quia sm hoc prima persona non vere originaret 2am in diuinis. ergo prima persona non põt cõstitui p relationẽ originis. ¶ 5m est tale. Si persona patris cstitueret in esse personali per paternitatẽ in [illegible] signo in quo intellect apprehenderet psonã patris cstitutã necessario intelligeret psonã filij constitutã. cũ [illegible] personalitates eoȝ correlatiue. correlatiua aũt sunt simul naturali intelligentia. sed hoc poni nõ põt. qr tunc persona filij non vere produceretur a psona patris. qr aut persona patris pduceret anteq̃ [illegible] aut non. qr nihil agit anteq̃ sit. aut dum esset. et hoc [illegible] pro tunc iam est persona cstituta. illud aut quod ẽ generari non põt. ut pz p° physicoȝ. ergo impossibile ẽ per [illegible] pma psona cõstituat in diuinis p relationem originis. ¶ 4° loco pbat septẽ medijs q psone filij repugnet constitui per relationẽ originis. Primũ ẽ tale. Illud quod oritur pducto termino nõ cstituit psonã que ẽ pductionis termin. alioquin idẽ oriret a seipso. sz relatio

...termino uel ꝓducto. hec est enī differentia inter relationē ⁊ actionē. ẜm Simpliciū in pⁱmis ꝙ actio ē... termini. relatio vo oꝛit ex termino. ergo impossibile persona diuina q̄ ē terminꝰ ꝓductiōis ꝯstitua... ꝑ relationē. ¶ 2ᵐ est tale. Terminꝰ ꝓ... formaliter nō pōt esse formaliter ꝯstitutus ꝑ relatio... cum relatio non sit ꝓductiōis terminꝰ. ut pꝫ. 5° ...sed persona filij est vere terminꝰ producti... ergo persona nō ꝯstituit̄ ꝑ relationē. ¶ 3ᵐ est tale. ...dicit 5° phisicoꝝ ꝙ relatio non acquiritur nisi ...aliquo absoluto in termino. s. subiecto. sꝫ re... ...est vere in persona filij. ergo necesse ē ali... absolutū esse acquisitū ⁊ vere ꝓductū in illa p... sed cōstat ꝙ eēntia nō est originata nec ꝓducta ...est aliud absolutū quo ꝯstituit̄ psona filij. ¶ 4ᵐ ē tale. Nulla persona vere dicit̄ generari q̄ formaliter ꝯstituit̄ ꝑ relationē. qꝛ tunc nō acquireret̄ esse substan... sed eē relatiuū. vn̄ talis acquisitio magis posset ...adaliquatio q̄ generatio. sꝫ persona filij vere di... generari. ergo nō ꝯstituit̄ ꝑ relationē. ¶ 5ᵐ est tale. ...non ꝯstituit formalr̄ ꝑsonā filij qđ se hꝫ ad ipsā non formaliter sꝫ effectiue q̄. nulla enī forma efficit suū effectū formalē. sꝫ est ipsemet formalis effectus. ...cū sit idē qđ generatio passiua se hꝫ ad pso... nalitatē filij non quidē formaliter sꝫ q̄si effectiue pre... qua personalitas illa originat̄ ꝑ gīari ⁊ capit eē. ergo psona filij nō ꝯstituit̄ formaliter ꝑ generari. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ...ꝑ filiationē cū sit idē qđ generari. ¶ 6ᵐ est tale. Il... qđ fundat̄ sup genitū eē nō cōstituit genitū. alias ...fundaret̄ sup se. sꝫ psona filij est vere genita. filia... ...fundat̄ sup esse genitū. ut pꝫ. 5° metaphisice. ergo psona filij nō ꝯstituit̄ ꝑ filiationē. ¶ 7ᵐ ē tale. Si pso... ꝓducte ꝯstituant̄ per relationes. eadē necessitate erūt ꝓducte. qm̄ relationes eque naturalr̄ respiciūt sua coopposita. vn̄ spirans eque necessario ⁊ nālr̄ spi... rat spiratū sic generans genitū. eque ergo nāliter spirās spirat sicut pr̄ generat. ⁊ eque nāliter spūs ē spiratus sicut filiꝰ est genitus. sꝫ hoc est falsū. qꝛ ẜm hoc spiritꝰ scūs nō ꝓcedit ꝑ modū volūtatis: sꝫ ꝑ modū nature. ergo relatiōnes nō vident̄ posse ꝯstituere personas ꝓdu... ctas. ¶ 5° loco ꝓbat in speciali ꝙ filiationi spirationi ac paternitati repugnet ꝯstituere psonā i diuinis. tri... plici medio. Primū ē tale. Illud enī quo circūscripto adhuc pñt intelligi distincte persone ⁊ ypostases non videt̄ formaliter constituere psonas ⁊ eas distingue... re. sꝫ abstractis hoꝝ ꝓprietatibꝰ pñt intelligi tres ypo... stases distincte. qm̄ supposita debēt intelligi ꝑ modū ...cuiusdā substractoꝝ illis ꝓprietatibus. ⁊ ita illis ab... stractis adhuc substracta intelligerent̄ distincta. ergo hoꝝ ꝓprietates non constituūt supposita nec distinguūt. ¶ 2ᵐ ē tale. Illud qđ de se ē coicabile nō pōt forma... liter ꝯstituere in esse incoicabili. ⁊ per ꝯn̄s nec in esse suppositali qđ consistit in quadā icoicabilitate ẜm dif... finitionē Ricardi. sꝫ paternitas uel filiatio nō sūt de se incoicabiles. etiā inḡtū diue. qđ pꝫ. qꝛ nulla quid... ditas est de se incoicabilis. ⁊ iterū paternitas diuina non est formaliter infinita. ⁊ ꝑ ꝯn̄s non est de se hec ⁊ singularis ⁊ multo minꝰ est per se incoicabilis. adhuc etiā oīs relatio originis est eque eadē essentie diue. ⁊ ita spiratio actiua eque habet ꝙ sit incoicabilis sicut ⁊ paternitas. ꝯstat aūt ꝙ ē coicabilis. ergo dina pater... nitas erit coicabilis. ergo impossibile ē ꝙ ꝯstituat in eē sup... positi ꝑ suā formalē rōnē. ¶ 3ᵐ ē tale. qꝛ ab vltimis di... stinctiuis ⁊ ꝯstitutiuis ꝑsonaꝝ nō pōt abstrahi qđ cōe dictū de ipsis in qđ. qꝛ vltima distinctiua debēt esse p̄ diuersa. ⁊ ita in nulla q̄ddítate cōuenire. sꝫ manifestū est ꝙ a paternitate ⁊ filiatione abstrahit̄ coīs cōceptꝰ q̄ddítatiuus. utpote cōceptus iportatꝰ per relationē originis in generali. alioqn non posset aliqs esse certꝰ ꝙ in deo sint alique relatiōes originis ⁊ ignorare eas in speciali. cuiꝰ oppositū expimur. ergo paternitati ⁊ fili... ationi repugnat ex suis rōnibꝰ formalibus ꝯstituere i eē persona... ¶ Cōtra 3ᵃᵐ ꝯnē spālr̄ arguit Aureo... lus in pⁱmā distinctiōe multipliciter. pⁱmo enī imponit scō doctori ꝙ ipse ponit ꝙ relatio ut subsistens consti... tuat suppositū. ⁊ h̄ supposito arguit ꝯ eū tripliciter. primo sic. Nullū suppositū ꝯstituit suppositū. sꝫ rela... tio subsistens ē ipsū suppositū. oē enī qđ subsistit sup... positū est. ergo nō pōt dici ꝙ relatio ut subsistens suppo... sita ꝯstituat. ¶ 2° sic. Nullꝰ dicit ꝙ pater ꝯstituat sup... positū patris: nec filius suppositū filij. sꝫ manifestū ē ꝙ relationes ut subsistentes non sūt aliud q̄ pater ⁊ fi... lius ⁊ spūs scūs cū nihil subsistat in diuinis nisi tres ꝑ... sone. ergo nihil est dictu ꝙ relatio ꝯstituat ut subsistens. ¶ 3° querendū inqt est a sic ponentibꝰ qđ addit subsi... stentia ad relationē. ⁊ qđ est dictu relatio ut subsistēs aut enī nominat relationē cū essentia. aut ipsam totā personā. aut ipsam relationē merā cui ꝯueniat subsi... stere. Sꝫ nō pōt dici ꝙ noiet relationē ⁊ eēntiā. quia ẜm hoc nō est aliud dictu ꝙ relatio ut subsistens con... stituat nisi ꝙ essentia ⁊ relatio ꝯstituant. Nec pōt di... ci ꝙ noiet personas. licꝫ isti ita intelligant. qꝛ ẜm h̄ nō est verū ꝙ relatio ut subsistēs ꝯstituat. imo magis ut sic ꝯstituit̄. psona enī nō ꝯstituit sꝫ cōstituit̄. Nec pōt dici ꝙ noiet merā relationē cui per se cōueniat subsi... stere sine eēntia. qꝛ ẜm h̄ sole relationes essent perso... ne. nec infra personalitatē diuinoꝝ suppositoꝝ inclu... deret̄ eēntia. ergo non apparet qđ est dictu ꝙ relatio cō... stituat ut subsistens. ¶ 2° loco arguit ꝯ illud qđ dictū ē vltimate in declaratione ꝯnis. s. ꝙ relatio dina nō dat personis ꝙ subsistant inq̄tū ē relatio. sꝫ inq̄tum ē diuina eēntia. Contra hoc ipse arguit multipliciter vult enī ꝓbare ꝙ persona nō subsistat formaliter per eēntiā. Impossibile est inqt effectū formalē multipli... cari forma remanente eadē. sꝫ formale quo subsistūt persone est eēntia ẜm te. ergo cū eēntia sit vnū in tribus: sequit̄ ꝙ tres erūt vnū subsistens. ⁊ per ꝯn̄s vnū sup... positū ⁊ vna persona: iuxta Sabellianū errorē. ¶ 2° sic. Queculꝫ sūt vnū ⁊ idē plurificato vno plurifica... tur ⁊ reliquū. sꝫ subsistentia q̄ persone formalr̄ subsi... stunt ē dina eēntia. ꝯstat aūt ꝙ subsistentia triplicat̄. qꝛ sunt tres subsistētie sicut magister dicit dis. 25. caꝰ Et h̄ sensus. ergo in tribꝰ personis erūt tres eēntie. ⁊ re... dit heresis Arriana. ¶ 3° sic. Quod nō distinguit nec reddit formam incōmunicabilem non distinguit nec reddit incoicabilē effectum formalē. sꝫ ꝓprietas non

diſtinguit eēntiā nec reddat eā icōicabilē. ĝ ſi eēntia ⁊ ſubſiſtentia nō ſunt idē ſic ꝙ per eſſentiā formaliter perſone ſubſiſtāt. ſequit ꝙ ꝓprietas ſubſiſtentiā aut ſubſiſtere nō diſtinguit nec icōicabilem reddit. vñ nihil eſt dictu ꝙ per eēntiā pr̄ ſubſiſtat ⁊ ꝙ per ꝓprietatē icōicabilr̄ ſeu diſtincte ſubſiſtat. hec ille. in diſ. 25ª. ſed in diſtinctione p̄ſēti arguit ¶ 4º ſic. Aut infra ſubſiſtentiā perſone icludit relatio ſimul cū eēntia p modū conſtituentiū ſubſiſtentiā. aut nullo mō relatio includit ſed aduenit ſubſiſtentie. ſ; nō pōt dari ꝙ adueniat. q2 tunc ſola eſſentia daret eſſe ſuppoſitū ⁊ ſubſiſtens. ⁊ iterū relationes eēnt aſſiſtentes. ⁊ q̄ſi aduenticie ſubſiſtentie. ⁊ per ꝯñs nō diſtinguerent ſubſiſtentias p modū conſtituentiū includant relationes. non igit ſola eſſentia dat ſubſiſtentiā. imo ad ſubſiſtentiā concurrūt relationes. nec solū dāt eſſe diſtinctū. imo faciunt ad ſubſiſtere ⁊ conſtituūt ſimul ſubſiſtentiā cū eſſentia. hec ille.

Ad primū gregorii cōtra p̄mā ꝯn̄ē negat ꝯñā. ⁊ ad ꝓbationē dico ꝙ illud qḋ ꝯſtituit perſonā puta p̄nitas ē ipſe pat̄ ſm rē. ⁊ ē patris eo mō q̊ ōis forma dr̄ illi⁹ cui⁹ eſt forma. Ipſa eni paternitas eſt forma patris. ut ponit ſcūs Tho. p̄ ſen. diſ. 34. q. i. artī. p̊. Tam eſſentia inquit q̄; ꝓprietas ſignat ut forma ꝓpria reſpectu perſone. eſſentia quidē inq̄tū eſt ſubſiſtēs. ꝓprietas ṽo eſt ꝓpriū. hec ille. Et ideo ap̄ls diuinā eſſentiā vocat formam dei. ſm ꝙ exponit magiſter 3º ſen. diſ. 5. Et ſimiliter eccleſia cantat. Et in perſonis ꝓprietas. ⁊c̄. nec tamē oportet ꝙ proprietas ſit alia res a perſona. nō eni formam oportet eē aliud ab eo cuius ē forma etiā in creatis. quod p; p Ar̄. 2º poſterioꝝ. Et lincolnīēſ ibidē ca. 2º. Qđ aūt ingr̄ dicit Ar̄ ꝙ cauſa aut eſt eadem rei aut alia. ſic eſt intelligēdū. Cauſa eadē rei eſt eius cauſa formalis. q2 forma totū verū eſſe rei in ſe habet. ⁊ ſi ſit forma que non egeat materia ipſa ē vere res ipſa. ⁊ forma que eget materia ſi poſſet ſubſiſtere ſine materia eſſet veri⁹ res q̄; ſit res materiata. hec ille. Tunc ad primā ꝓbationē huius ptis que ponit conſtitutiuū perſone eē perſonā. dico ꝙ ē fallacia accn̄tis cum ſic arguit: paternitas ꝯſtituit patrē. pater ē paternitas. ergo pater conſtituit patrē. Et ratio ē q2 hoc p̄dicatū ꝯſtituere ꝯuenit paternitati. nō ut eſt eadē patri. ſ; ut diſtinguitur ab eo ſm rōnē concreti ⁊ abſtracti. nec ē verū qḋ ibi dicitur omne conſtituens eſſe cauſam conſtituti. hoc enim falſum ē niſi vbi ꝯſtituens ē pars ꝯſtituti. nō aūt vbi eſt forma ſubſiſtens. q2 illud qḋ dicit ꝯſtitui ē tale cōcretiue qualis eſt forma abſtractiue. nō eni iſta ꝯſtitutio ē per illū modū quo totū ꝯſtituit ex ptib⁹. ſ; per illū q̊ nā ꝯſtituit ſuppoſitū. Nec valet illa iprobatio. q2 ſiliter ē fallacia accn̄tis. ſic arguēdo: p̄nitas p nihil ꝯſtituit. pr̄ ē p̄nitas. igit pr̄ p nihil ꝯſtituit. ⁊ cā dicta ē. q2 eni vnū iſtoꝝ ſignt ut forma. iō nō dr̄ ꝯſtitui ſicut nec gabrielitas. ſ; alteꝝ cum ſignificet ꝯcretiue intelligitur p modū habentis formā ⁊ ſubſiſtētis. ⁊ iō querendū reſtat p quid ſubſiſtit in eſſe pſonali. ſicut nullus querit p quid ꝯſtituit gabrielitas: ſ; gabriel. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ maior vel minor ſimplicitas nō facit ꝙ pſona ꝯſtituat ⁊ nō eſſentia vel paternitas. ſ; q2 de intellectu patris ut pſona ē eſt aliqđ quod nō ē de intellectu eſſentie. ſ. relatio. ⁊ aliqd qđ non eſt de intellectu relationis puta eſſentia. ⁊ ideo rōnabiliter querā p qđ hoꝝ conſtituat in eē ſuppoſiti. nō aūt de eēntia vel relatione. ſiliter pater ſignat ut ſubſiſtens ⁊ ut ſuppoſitum. eēntia aūt ⁊ relatio p modū formaꝝ. iō nō eſſe. vñ ad veritatē ⁊ ꝓprietate locutionū non ſolū attendi debet rei veritas. imo modus ſignādi eoꝝ de quib⁹ loquimur. Siliter argumētū ꝓcedit de ꝯſtitutione p modū toti⁹ ex ptib⁹. non aūt de ꝯſtitutiōe ſuppoſiti p nām. p̄ma eni repugnat ſimplicitati. nō aūt 2ª. ꝓprietatē eni ꝯſtituere pſonam non eſt aliud q̄; eſſe aliud quo formaliter ⁊ inq̄tū tale perſona eſt pſona ⁊ non eſſe ptē vel cauſā pſone. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ p̄ma ꝯña tñ valet qua infert ꝙ pſona ꝯſtituit p eēntiā. ſ; ē fallacia accn̄tis. Siliter 2ª ꝯña nō valet ſ; ē fallacia ꝯñtis q2 procedit a pluribus cauſis veritatis ad vnā. ſic arguendo: perſona cōſtituit per eēntiā. ĝ non eſt eſſentia. p; eni añs poſſe intelligi de conſtitutione p modū totius. ⁊ ſic ꝯñs eſſet verū añcedente ꝯceſſo. pōt eniā intelligi de alia ꝯſtitutione: qua ꝯceſſa ꝯñs eſt falſū. ¶ Ad 4ᵐ negat ꝯña. Nō eni ꝯſtitutiuū ut ſic ē cauſa ꝯſtituti. ſed eſt in argumento fallacia ꝯñtis ut p̊us. ſic autē dicit ſcūs Tho. p̄ ſen. diſ. 34ª. Lic; in diuinis nō ſit cauſa ⁊ effectus ad intra. tñ aliqua ꝯſtitutio i diuinis eſt ſm habitudinē cauſe efficiētis. ut cū dicit: fili⁹ patris. alia ſm habitudinē cauſe formalis. ut cū dr̄: tres pſone ſunt vnius eſſentie. Sciendū tamē ꝙ dū loquimur de cōſtitutione pſone non intelligimus perſonā iſto mō conſtitui p relationē. ſicut totū integrale conſtituit p ſuam ptē vel per ſuas ptes integrales. nec ꝙ eſſentia ſe habeat p modū vni⁹ ptis potentialis. ⁊ ꝓprietas p modū ptis actuantis. nec ꝙ eſſentia ſe habeat p modū generis ⁊ ꝓprietas ad modū differētie. In diuinis eni non eſt intelligenda cōſtitutio per modū alicui⁹ toti⁹ reſultātis ex ptib⁹ nec integralis nec eēntialis nec ſpecifici. ſ; p modū q̊ humanitas conſtituit hoīem. vel platonitas platonē. ita diuinitas cōſtituit deū ⁊ paternitas patrē. ⁊ ideo iſta cōſtitutio pōt dici formalis ſicut albū in eſſe albi formaliter ꝯſtituitur p albedine. Iſto mō ĝ relatio conſtituit ſuppoſitum in diuinis q̊ forma toti⁹ ut humanitas ꝯſtituit ſuppoſitū ſuū. ſ. hoīem vl̄ ſorteitas ſortē. Illud eni dicit ꝯſtitui i eſſe tali per aliqđ q̊ formalit ē tale. ⁊ q2 ſortes formaliter eſt ſortes per ſorteitatē. ideo ſortes formalr̄ conſtituit p eā. nō q̄ſi p ptē ſui. ſ. p formā toti⁹. ſorteitas eni dicit totū reſultans ex p̄ncipijs hoīs. ꝯſtitutio ĝ conſtitutio taliter q̄liter exp̄ſſa eſt in pſona diuina. pat̄ eni formalit eſt pſona ⁊ ſuppoſitū per paternitatē. ⁊ ideo dr̄ ꝯſtitui p p̄nitatē. ¶ S; ꝯ iſtas ſolutiōes ad rōnes Gregorij pōt argui p argumenta Aureoli probantia ꝙ conſtitutio diuine perſone nō eſt intelligēda p modū effectus formalis ſ; per modū cuiuſdā reſultantis. arguit enim ſic. Effectus formalis relationis eſt ad alteꝝ ſe hr̄e. p; ꝙ effect⁹ paternitatis eſt eē patrē alicui⁹. ⁊ ſimilitudinis alicui ſile ⁊ ꝯformis. ſ; eē pſonā vel

suppositi nō est esse ad alterū. nō eni pater ē supposi/tum solū ad filiū uel in aliqua alia habitudine casuali ... sed dicit suppositū et psona: quēadmodum ma/gnitudo dicit ... sm Aug. 7° de trinitate. ergo impossibile ē q ... uel esse suppositū sit formalis effect⁹ rela/tionis. ¶ 2° ... psonalitas esset formalis effect⁹ rela/tionis sicut albedinis. sequit q psonalitas in abstra/cto esset relatio. et q paternitas esset psonalitas patris ... aliud effect⁹ formalis q forma pticipata. vñ ... esset aliud psona patris q paternitas pticipata ... et ita sicut pater p paternitatē formaliter ... filius sic p eandē eēt psona filii. qđ est falsū. ¶ 3° ... vbicūqz est effectus formalis necesse ē q susce/ptiuū illi⁹ effect⁹ se habeat modo potentie. et forma a qua fluit p modū actus. sed manifestū ē q relatio nō ... actus eēntie. nec essentia est illius susceptiua aut eius subiectum. igitur impossibile est q personalitas sit formalis effectus relationis. ¶ 4° q illud ex quo resultat negatio quā exprimit solitudo et perseitas ter/tii modi ostituit suppositū fūdamētalit et resultatiue. ... nihil aliud est q ens solitari⁹ et per se q3 nullo mō est alteri⁹: sed suppsitus. sed constat q essen/tia et relatio in diuinis sic se habēt ad hōc negationē q ex ipsis resultat. ex quo eni eēntia nō hз ppriam vni/tatem. nec etiā relatio. ambo simul iūcta fundant pe/nitus eandē solitudinē pseitatē et vnitatē: et per cōse/quēs eandē personalitatē. ergo essentia et relatio funda/mentaliter ostituūt suppositū et psonā. ¶ 5° arguit q nō solū eēntia ostituit psonas. imo ocurrit ad distincti/onē psonarū. Illud ingt qđ facit ad multitudinē per/seitatis et solitudinis tertii modi et illi⁹ negatiōis q im/portat p personalitatē. illud facit ad distinctionē sup/positalem et psonalitatis multitudinē. sed essentia fa/cit ad multitudinē talis negatiōis. nā cū qualibet re/latione ē nata fūdare vnā talē negationē et perseita/tē et solitudinē: ita q sicut pprietates relatiue sūt tres ita eēntia ē apta nata eē qsi partiale fūdamentū triū negationū. nisi eēt alia negatio totalit ex parte rela/tionis: et ex pte eēntie. si eni sic est eadē eēntia in trib⁹ esset eadē negatio quā iportat pseitas ex illa parte q fundat sup eēntiā. nō eēnt totales personalitates di/stincte. imo ouenirēt et eēnt vnū aliqlit in psonalitate diua supposita. ergo necesse est q tota negatio pseitatis et solitudinis distinguat a tota in qlibet psona. nō solū p illa pte q fundat super relationē. imo etiā p illa q fūdat sup eēntiā et per ons supposita diua hnt distin/ctas rōnes nō solū ppter relationes: imo ppter diuā eēntiā. ¶ Ad pmū istoꝝ dico q licз effectus formalis relationis ut relatio ē sit referre et nō ostituere: tñ cū ... q relatio q est subsistēs ostituat suppositū ut ē quedā forma icoicabilis multis suppositis qsi gerēs vicē oīuз pncipioꝝ idiuiduantiū. ut post hlati⁹ diceť. ¶ Ad 2m dicit eodē mō q supponit q nos dicam⁹ rela/tionē in qtū relatio ē constituere suppositū. licз eni pri/mitas sit psonalitas pris. non tñ in qtū primitas referri ad filiū uel seqtur actū gñandi. sз poti⁹ inqtū ē in pře per modū forme p se icoicabilis nature diue ostituat eū in esse suppositi. verūtñ i diuis nō ē aliq pticipatio

cū nō sit ibi act⁹ p potētiā limitat⁹ qđ ē de rōne pticu/pationis. ¶ Ad 3m dico q vbicūqz ē effect⁹ formalis p participationē ipsi⁹ forme ibi reqrit potentia susce/ptiua act⁹. nō aūt vbi forma constitutiua ē subsistēs et talis per eēntiā sic ē de omni forma relatiua in diuis. ¶ Ad 4m dico q hōc ē falsa. cū eni eēntia sit coicabil' multis suppositis ipossibile ē q fūdet incoicabilitatē quā includit suppositū licз ostituat deū ut de⁹ est. ut ponit scūs Tho. de potētia dei. q. 8. arti. 3° ut dictum fuit i pma one. Nec valet pbatio. licз eni eēntia et re/latio non habeāt ppas vnitates reales tñ distinguūt rōne. sılit falsū ē q negatio solitudinis et perseitat] sit i diuis per resultātiā ex multis. sз per modū seqle ad fūdamētū suū. ¶ Ad 5m dico q diua eēntia nō facit ad multitudinē negationis quā dicit perseitas tanq primū fūdamētū ei⁹: sed tanq remotū. qz scз ex hoc q est talis eēntia nata ē eē eadē cū tali relatione q est pximū fūdamētū dicte negatiōis. vñ nō oз qrere an illa negatio ex illa pte q fūdat sup essentiā sit eadē in trib⁹ psonis uel diuersa. nō eni fundat pxime sup eā iō nec recipit ab ea plitatem uel vnitatē. sed solū hз q diuidat supposita illi⁹ nature. maxime autē fūdat sup relationē. et iō ab ea recipit vnitatē uel plitatem. ¶ Ad pmū eoꝝ q Scot⁹ o eandē onē inducit dico q de rōne ypostasis duo sūt sm scm Tho. de potentia dei. q. 8. arti. 3° ad 7m. De rōne ingt ypostasis duo sūt quoꝝ pmū est q sit p se subsistens et in se indiuisa. 2m est q sit distincta ab aliis ypostasib⁹ eiusdē nature. si tñ otingat in eadē nā eē alias ypostases. hec ille. Dico igit q esse ypostasim uel suppositum dicit perfectio/nem qtū ad pmū. non aūt qtum ad 2m. et qtū ad 2m non ouenit essentie. sз quo ad pmū ouenit ei prius in/tellectu q personis diuinis. vñ scūs Tho. de poten/tia dei. q. 9. arti. 5° ad. 13m. dic. In reb⁹ creatis pncipia indiuiduātia duo habēt etc. ut diceť rñdendo Aureo/lo. ¶ Ad 2m rñdet scūs Tho. de potētia dei. q. 8. arti. 4° ad 4m dicēs. Iudei et gētiles nō intelligūt diuinā eēntiā distinctā nisi ab his q sunt alteri⁹ nature. q qdē distinctio fit per diuinā essentiam. sed apud nos ypo/stasis itelligit ut distincta ab eo qđ est eiusdē nature a quo non pōt distingui nisi per relationē. hec ille. Et intēdit q iudei et phi licз nāli rōne iudicēt diuinā eēn/tiam subsistere et distingui a suppositis alteri⁹ nature tñ hō non sufficit ad rōnem suppositi nisi addatur alia oditio vbi nā potest habere plura supposita. et ideo rō non ducit eos ad ponendū q diuina eēntia sm se sit suppositū eo mō q nos loqmur de supposito. sec⁹ de ipsis. quia aliter vti possunt. ¶ Ad 3m dico. q quicqd perfectionis est in rōne suppositi. totū conuenit eēn/tie sm se. sed rō suppositi aliqd dicit quod nō dicit sm se pfectionē nec iperfectionē puta distinctionē: et illa ouenit substātiis sepatis incoicabilib⁹. non aūt diue eēntie q coicabilis ē. et hō cōpetit ei ex sua actualitate qz scз eē nō differt ab eo qđ ē. ac p hoc quicqd ē in ea est ipsa. et sic ipsa pōt esse cois plurib⁹ sm rem. nō autē alia quidditas absoluta. ¶ Ad 4m dicit q licз in diui/nis sit vnū subsistere absolutum. non tamen vna sub/sistentia absoluta. qz subsistētia lз qtū ad rōnē a qua

bonitatē ɔferre potuisset. loquendo aūt de bonitate essentiali qualibet re creata meliorem aliam facere potuisset. non tñ potuit hanc rem facere esse melioris bonitatis. quia si adderetur ad bonitatem eēntialem aliqd. nō eēt eadē res s3 alia scḋm phm in 8° metaphisice sicut in numeris vnitas addita uel subtracta variat spēm. ita in diffinitionib⁹ differētia addita uel subtracta. verbi grā si diffinitiōi bouis addat̄ rōnale. iā non erit bos: s3 alia spēs. s. homo. si subtrahat̄ sensibile remanebit viuens vita arbor꜡. vn̄ sicut deus nō pōt facere q꜡ ternari⁹ manēs ternari⁹ habeat q̄ttuor vnitates q̄nis q̄libet numero maiorē numerū facere posset. ita nō pōt facere q꜡ hec res maneat eadem ꝛ maiorē bonitatē eēntiale habeat uel minorē. ex oib⁹ enī his sequeret̄ q꜡ affirmatio ꝛ negatio eēnt simul vera. qd̄ deus nō pōt facere. hec ille. ¶ S^a ɔ̄ est. q꜡ de⁹ posset facere vniuersū in infinitū meli⁹ q̄ sit q̄tū ad aliquid. ꝛ q̄tū ad aliud nō. Istā ɔ̄nē pbat sc̄s Tho. p̄ sen. ibidē arti. z° dicens. Scḋm phm in xj° metaphisice. bonū vniuersi cōsistit in duplici ordine. s. in ordine ptiū vniuersi ad inuicē. ꝛ in ordine totius vniuersi ad finē q est ipse deus. sicut etiā in exercitu est ordo ptiū exercitus ad inuicem scḋm diuersa officia. ꝛ est ordo ad bonū ducis qd̄ est victoria. ꝛ hic ē ordo p̄cipu⁹ ꝓpter quē est prior ordo. accipiēdo igit̄ bonū ordinis q est in ptibus vniuersi ad inuicē. pōt ɔsiderari uel q̄tum ad ptes ipsas ordinatas. uel q̄tum ad ordinē partium. si q̄tum ad ptes ipsas. tunc pōt vniuersū fieri meli⁹ uel p additionē pluriū ptiū si. s. crearent̄ multe alie spēs ꝛ īplerent̄ multi grad⁹ bonitatis q possent esse. cū inter sūmā creaturā ꝛ deum sit infinita distantia. ꝛ sic de⁹ meli⁹ vniuersū facere potuisset ꝛ posset. illud āt vniuersum se hr̄et ad h̄ sicut totū ad ptē. ꝛ sic nec penit⁹ diuersū eēt. ꝛ hec additio bonitatis eēt p modū quātitatis discrete. uel pōt intelligi fieri meli⁹ intensiue. ꝛ hoc mutatis oib⁹ ptibus ei⁹ in meli⁹. qꝛ si alique partes meliorarent̄ alijs nō melioratis. nō eēt tāta bonitas ordinis. sic pz in cithara cui⁹ si oēs corde meliorent̄ fit dulcior armonia. s3 quibusdā tm̄ melioratis fit dissonantia. hec aūt melioratio diuz ptiū. uel pōt intelligi scḋm bonitatē accidentalē. ꝛ sic posset eē talis melioratio a deo manētib⁹ eisdē ptibus ꝛ eodem vniuerso. uel scḋm bonitatē essentialē. ꝛ sic etiā esset deo possibilis q infinitas alias spēs ɔdere posset. sed sic nō essent eedem ptes. ꝛ p ɔn̄s nec idē vniuersū. ut ex dictis pz. Si aūt accipiat̄ ordo ptiū. sic nō pōt esse melior p modum quātitatis discrete nisi fieret additio ptib⁹ vniuersi. qꝛ in vniuerso nihil est inordinatū. sed intensiue pōt esse melior manētib⁹ eisdē ptib⁹ q̄tū ad ordinem q sequit̄ bonitatē accidentalē. quāto eni aliqd i mai⁹ bonū redūdat. tāto ordo melior est. sed ordo q sequit̄ bonitatē essentialē non posset esse melior nisi fierent alie ptes ꝛ aliud vniuersū. Sꝫ iter ordo q ē ad finem pōt ɔsiderari ex pte ipsius finis. ꝛ sic nō posset eē melior: ut. s. in meliorē finem ordinaret̄ vniuersum. sicut deo nihil melius esse pōt. uel q̄ ad ipsū ordinē. ꝛ sic scḋm q꜡ cresceret bonitas ptiū vniuersi ꝛ ordo earū ad inuicem meliorari posset ordo in finem eo q꜡ ꝓpinqui⁹ ad finem se haberet quando similitudinē diuine bonitatis magis consequeret̄ q̄ est omniū finis. hec ille. Istā ponit p̄ma pte. q. z5. arti. 6° ad 3^m dicens. Uniuersum suppositis istis rebus non posset esse melius propter decentissimū ordinē his rebus a deo tributū in quo bonū vniuersi consistit. quoꝝ si vnum aliqd̄ meli⁹ eēt corrumperetur proportio ordinis. sicut vna corda si plus debito intenderetur. corrūperet̄ cithare melodia. posset tamen deus alias res facere aut alias addere istis rebus factis. ꝛ sic eēt vniuersum aliud melius. hec ille. Ex quib⁹ patet quō vniuersū posset fieri meli⁹ septupliciter. Primo p additionē aliaꝝ ptium ꝛ graduū bonitatis ad grad⁹ creatos. z° p meliorationem partiū iam constituentiū vniuersum q̄tum ad bonitatē accidentalē. 3° per creationē aliarū specierum non q꜡ adderent̄ iam creatis si fieret aliud meli⁹ vniuersū constans ex alijs specieb⁹ ꝛ essentialib⁹ gradibus bonitatis. 4° per meliorationē intensiuā ordinis partiū ad inuicē qui sequit̄ bonitatē accidentalē. 5° per meliorationē intensiuam eiusdē qui consequit̄ bonitatē eēntialē factis alijs speciebus. 6° per meliorationē extensiuā eiusdē additis alijs partibus. 7° p meliorationē ordinis ptiū ad inuicē modo p̄exposito. ꝛ quelibet dictarum meliorationū in infinitū procedere posset. qꝛ nullus ordo a diuina sapientia reb⁹ inditus adequaret diuinā sapiam q̄n aliū ordinē posset instituere meliorē. ut probat sc̄s Tho. p̄ma parte. q. z5. arti. 5°. ¶ ɔ̄ 9^a quā incidenter pono ē q꜡ non repugnat deū ꝓducere aliquā creaturā q̄ cognoscat infinita scḋm numerū uel scḋm spēm. puta infinitas partes continui. ꝛ infinitas figuras q̄ sunt in continuo in potentia. Istā ɔ̄nem ꝓbat sanctus doctor 4° q̄libet. q. z. arti. p. vbi sic ait. Infinitum potest dici ꝛ scḋm formā ꝛ scḋm materiā. dicitur enim infinitū ex eo q꜡ non finitur. finitur autem ꝛ materia per formā in q̄tū que ē in potētia ad species diuersas determinat̄ ad vnam speciem per formā. ꝛ forma per materiā in q̄tum forma speciei que nata est eē in pluribus indiuiduis scḋm q꜡ recipit̄ in materia determinat̄ ad indiuiduū. sicut ḡ materia sine forma habet rationem infiniti. ita forma sine materia. ꝛ ideo qꝛ ipsa essentia diuina non ē recepta in aliquo materiali, nec habet pmixtionē alicuius potentie. sed est purus actus subsistens. ideo dicit̄ infinita. ꝛ quia vnūqdq̄ cognoscitur per formam scḋm q꜡ est in actu. ideo infinitū scḋm materiam ē scḋm se ignotum. ut dicitur 3° physicoꝝ. Infinitū autem scḋm formā ē scḋm se notissimū. sed quo ad nos est ignotū quia excedit nostri intellectus ꝓportionē. ꝛ quia quātitas est dispositio materie ꝛ infinitū quantitatis attendit̄ scḋm potentiā i assumēdo p⁹ alteꝝ. idō infinitū quātitatis est scḋm se ignotū. ꝛ non pōt aliqs itellect⁹ cognoscere infinitum quātitatis in post assumēdo vnū post alteꝝ sc3 numerando ptem. Itē cōsiderādū ē q꜡ vtroq3 mō ɔtingit aliqd eē infinitū simpliciter ꝛ scḋm qd. si eni aliqd corp⁹ sit īfinitū scḋm lōgitudinē nō aūt scḋm latitudinē ē īfinitū scḋm qd. si vō fuerit infinitū scḋm oēs dimensiōes erit infinitū simpliciter. Similiter si itelligat̄ forma alicuius spēi eē nō in mā ut platonici posuerūt. erit infini

ta ſm quid q̄ntū.ſ.ad indiuidua illius ſpeī.tñ erit fini/
ta ſimpliciter.in q̄ntū.ſ.determinaẗ ad gen⁹ ⁊ ſpēm.ſ3
diua eſſentia eſt ſimpliciter infinita.q2 ē abſoluta ab
oī circūſcriptione gñis uel ſpeī. Jtē conſiderandū eſt
ꝙ duplex eſt ſcia. vna que dr̄ ſcia viſibilis per quā co
gnoſcunẗ q̄ ſunt erunt uel fuerūt.alia ſimplicis noti/
cie per quā cognoſcunẗ ea que nec ſunt nec erūt nec
fuerunt ſed eē poſſunt.Dicendū eſt ꝙ ꝙ deus cogno/
ſcēdo eēntiā ſuā.q2 cōp̄hendit eam cognoſcit ſcīe/
tia ſimplicis noticie infinita ſimpliciter.q2 cogſcit oīa
que ipſe facere pōt.nō tñ cognoſcit ea ī poſt aſſumē
do.ſ.numerādo vnū poſt aliud.ſed oīa ſiẗ.aīa vo xp̄i
nō cōp̄rehēdit eſſentiā dei.⁊ p ɔñs neq3 virtutē eius
vñ nō pōt cognoſcere oīa que de⁹ facere pōt.⁊ ideo
nō cognoſcit infinita ſimpliciter.cōp̄rehēdit autē aīa
xp̄i totā potētiā creature.in potētia aūt creature ſūt
infinita nō ſimpliciter. q2 potētia creature nō exten/
dit ſe ad oīa que de⁹ pōt ſm aliquod genus.ſicut con/
tinuū eſt in potentia ad infinitas diuiſiōes.vñ anima
xp̄i ſcia ſimplicis noticie cognoſcit infinita ſm qd que
ſunt in potentia creature.hec ille. Jtē de veritate.q.
20.arti.4.°ad p̄mū. Jn rebus inqt īuenimus aliqd q̄3
ſimpliciter eſt ⁊ oībus modis infinitū ſicut de⁹.aliqd
aūt q̄3 eſt oīb⁹ modis finitū.ſicut res materiales. ali/
quid aūt qđ ē modo quodā finitū.⁊ modo quodā in/
finitū.ſicut quelibet ſuba īmaterialis eſt quidē finita
inq̄ntū h3 eē limitatū ad p̄priā naturā.eo ꝙ nulla cre
atura ſuba q̄ntūq3 īmaterialis ē eē ſuū ſ3 eē p̄ticipat.eſt
tñ infinita p remotionē illi⁹ terminationis ſm quā for
ma terminaẗ ex hoc ipſo ꝙ ī materia recipiẗ.cum oē
receptū ſit in recipiente p modū recipientis ſm igiẗ
ꝙ aliqua res eſt infinita ſm hoc p ſuam actionem cō/
paraẗ ad infinitū.illud enī quod eſt infinitū ſm eſſe ⁊
p̄pter īmaterialitatē.ut deus.p actionem ſuā cōpa/
raẗ ad infinitū ſm mām ſiue quātitatē.⁊ ſm nām ſpēi
uel generis. vñ deus pōt cognoſcere infinita indiui/
dua ⁊ infinitas ſpecies.quia cognoſcit oīa que pōt fa
cere.⁊ pōt in infinitum nouas ſpēs facere.p̄pter hoc
q2 cū aliquid a3at ſm ꝙ eſt in actu.ſicut ei⁹ eſſe eſt in/
finitū.ita ⁊ ei⁹ actio h3 efficaciā infinitā.res aūt mate
rialis neutro mō habet cōparationē ad infinitū neq3
ſ3 ad infinita ſm quātitatē ul' ad materiā neq3 ad in/
finita ſm ſpēm.ſicut patet in viſu q eſt virtus quedā
materialis.⁊ ideo nō pōt quālibet ſpēm cognoſcere.
ſed determinatā.ſ.colorē.nec pōt infinita cognoſce/
re niſi per ſucceſſionē eo ꝙ cū ſit mālis actio ei⁹ mate
rialis ē ⁊ attingit ad ea que ſūt infinita ſm quātitatē
ɔtinuā uel diſcretā q̄ eſt īfinitas mālis eo modo quo
ſūt īfinita.ſ.numerādo ptē poſt partē.⁊ iō īpoſſibile ē
ꝙ vnq3 p̄ueniat ad cognitionē īfinitoꝝ etiā īdiuiduo/
rū.⁊ q2 intellectus noſter in ſtatu iſto a ſenſu accipit.
inde eſt etiam ꝙ nec ipſe infinita h̄ modo pōt cogno/
ſcere.ſubſtantie vo īmateriales que ſunt quodāmō in/
finite ⁊ quodāmodo finite.q2 eſſe finitū habet.opor/
tet ꝙ earū operatio ⁊ ſit efficacie finite ⁊ cōpareẗ ad
naturas finitas.q2 vo īmateriales ſūt.ideo eaꝝ ope/
ratio ſe extendit ad infinita materialiter. vñ ⁊ intelle/
ctus noſter ut dicit cōmentator 3.° de aīa.oſtenditur
quodāmodo infinit⁹ inq̄ntū cognoſcit vle in quo infi/
nita ſingularia cognoſcūẗ. ſed hoc deficit.q2 ſpecies
vniuerſalis quā intellectus apprehendit.utputa ho/
minis non eſt perfecta rō cognoſcendi q̄3libet ſingu/
lare ī ſua ſingularitate.ſin aūt.tūc etiā intellect⁹ no/
ſter dato ꝙ eēnt infiniti homines tñ cognoſceret in/
finita materialiter p vnā naturā finitā que eſt huma/
na natura. Jn infinitis enī hominib⁹ q̄uis ſit infinitū
ſm quātitatē uel mām.nō tñ eſt infinitū ſm ſpēm.qđ
patet ex hoc ꝙ extra infinitos homines poſſunt eſſe
alie ſpecies. p̄p̄riū autem obiectum intellectus ē na/
tura ſpeciei.non autem materia.ſimiliter qui cogno/
ſceret per animalis naturā omnes ſpecies aīalis ī ſua
ſpecialitate.dato etiā ꝙ ſpecies aīalis eſſent actu in/
finite. adhuc cognoſceret infinitas ſpecies.ſ3 nō niſi
finitā naturā.q2 preter nām aīalis adhuc ē natura la
pidis.ita igiẗ cum aīa xp̄i cogſcat verbū.qđ eſt ſuffi/
ciens rō cognoſcendi oīa indiuidua in ſua ſingularita
te.⁊ oēs ſpēs ī ſua ſpālitate nihil p̄hibet q̄uis ſit īfini/
ta ſm eē qn cognoſcat infinita.nō tñ cōp̄hendit nām
infinitā.hec ille. Jtē ibidē. Jn potentia creature ē in/
finitū.ſicut p3 in diuiſione ɔtinui ⁊ augmento nume/
roꝝ.vñ cum anima xp̄i creaturas cōp̄rehēdat ſcit īfi/
nita que ſunt in creaturis in potētia.⁊ preterea quia
aīe dānatoꝝ ſunt perpetue ⁊ in eis cogitationes erūt
volubiles in infinitū future.oportet dicere ꝙ aīa xp̄i
ſciat infinita. Jbidem etiā ad 2ᵐ dicit.ꝙ operatio aīe
xp̄i eſt finita q̄uis infinita cognoſcat.cognoſcit enim
illa īfinita finita efficacia.vñ nō remanet infinita niſi
materialiter. Et ad 4ᵐ dicit. Cōp̄rehenſio infiniti nō
pōt eſſe niſi p actionē que ſit efficacie infinite.tūc enī
ipſe deus cōp̄rehēdiẗ ab intellectu aliquo qñ intelle/
ctus totā h3 efficaciā in intelligēdo quātā h3 deus ut
intelligaẗ. vñ nō pōt cōp̄hendi niſi ab intellectu crea/
to.ſ3 cognitio infinitoꝝ nō reqrit efficaciā infinitā in
op̄atione intellect⁹. Et ad 10ᵐ dicit ꝙ quātitas ſcien/
tie que attendiẗ penes numerū ſcitoꝝ eſt ei quaſi per
accidens ⁊ mālis.⁊ p̄cipue qñ in multis ſcitis eſt vna
rō ſciēdi.ſec⁹ eēt ſi diuerſis rōnib⁹ cognoſcerenẗ.ſ3 il/
la quātitas que eſt efficacia cognitionis ſcie p ſe com
petit.q2 talis quātitas attēdiẗ penes exitū operatio/
nis intellectualis ab ītelligibili virtute.hec ille. Jbidē
etiā in p̄rincipali riſiōe inuit ꝙ angeli cognoſcūt in/
finita indiuidua ī eadē ſpē.utputa īfinitas ptes que
ſunt in potētia in ɔtinuo ⁊ infinita ſm ſpēm ſm omnē
ſpēm figure ⁊ nūeri.⁊ cetera.ait enī ſic. Oportet ut ītel
lectus excellētiſſimi creati deum cognoſcant ut eoꝝ
cognitio adequeẗ p̄ceſſui creaturarū a deo.p̄cedūt
aūt res a deo per viā nāe ⁊ ſm ordinē grē. vñ intelle/
ctus creati q ſunt ī ſūmo creaturaꝝ ɔſtituti ſm condi
tionē nāe oīu3 nāliū ī deo ⁊ ex deo cognitionē accipi/
unt.ſ.angeli.xp̄s vo ɔſtitut⁹ ſup oēm creaturā ē etiā
q̄ntū ad dona grē ⁊ iō ipſe accepit cognitionē oīu3 co/
rū q̄ a deo ſm q̄cūq3 tēp⁹ p̄cedūt nō ſolū ſm ordinē
nature.ſed ſm ordinē grē.ſcit igiẗ aīa xp̄i oēs creatu/
ras nō ſolū q̄ntū ad nāles p̄p̄etates qđ etiā ſciūt āge/
li.ſ3 etiā ſm ꝙ ſubſtāt diuine p̄uidētie ordinate ī fine ſa
lutis humane ⁊ donoꝝ gratie.⁊ iō ſcit oīa ſingularia

⁊ omnes singulares actus hominū. ⁊ etiā abscondi-
ta cordis. qđ de nulla alia creatura dicere oportet. ⁊
tñ qꝛ nō ptingit ad cōphendēdū diuinā infinitatē. io re-
manet deo facultas adhuc multa alia faciēdi. q̄s ea q̄
aīa xp̄i cognoscit. hec ille. Eandē ɔ̄nē tenet tertia pte. q. io
arti. 3°. Itē 3°. sen. dis. 14. q. i. arti. 2. qu. stiuncula 2ᵃ ad
2ᵐ. ❡ Sed ɔ̄ ista arguit Aureol⁹. ⁊ p̄ ɔ̄ 2ᵃᵐ ɔ̄nē arguit
impugnando duo in ipsa inclusa. ꝓ̄mū ē. ꝙ aliqua
forma pōt esse infinita infra aliquam spēm. 2ᵐ est. ꝙ
aliqua forma uel nā specifica pōt subsistere nō indiui-
duata exēplariter īfinita. ꝓ̄mū īpugnat̄ multiplici-
ter. p̄mo sic. Si forma aliqua esset infinita intensiue
sequeret̄ ꝙ posset in instanti transferre aliqđ a termi-
no a quo ad terminū ad quē p oīa media. forma nāq̄
intensiua eēt infinite virtutis ac infiniti vigoris. ⁊ per
ɔ̄ñs sua opatio eēt infinite intēsionis. ⁊ si qdē forma il-
la eēt p̄ncipiū alterationis. utpote calor. trāsferret cor-
pus frigidū a frigore in calorem sūmū in nō tēpore ⁊
in instanti. ⁊ silr si esset p̄ncipiū mot⁹ localis. utpote
forma terre moueret a celo vsq̄ ad centrū in īstanti.
hoc autem oīo est impossibile cuilibet creature. tum
quia virtuti diuine adequaret̄ q̄ nō pōt in minori men-
sura talia facere q̄s in nō tēpore. tū qꝛ intellectus icō-
possibilitatē experit̄ in tali translatione instātanea a
termino a quo in terminū ad quē per mediū. sequitur
enī ꝙ illud fuerit in instanti in termino a quo ⁊ in oib⁹
intermedijs. ⁊ in termino ad quē qđ est inintelligibile
⁊ p ɔ̄ñs incōicabile creature. tū quia repugnātia for-
malis videt̄ esse ꝙ forma sit diuisibilis ⁊ instantanee
acquirat̄. ğ impossibile est formā esse infinite virtutis
⁊ p ɔ̄ñs infinite perfectionis infra rōnē suā specificā.
❡ 2°. Si talis forma poneret̄. seq̄ret̄ ꝙ pars eēt eq̄lis
toti. posita enim albedine infinita in margarita si di-
uidat̄ ille gradus infinit⁹ aut si diminuat̄. qđ remanet
erit necessario infinitū. ⁊ p ɔ̄ñs mouebit in instanti ⁊
erit equalis in virtute cū toto. ⁊ ita equalis pfectiōis
sed oīa hec sūt absona ⁊ oīo impossibilia. ğ dici nō pōt
ꝙ sit formalis albedo uel forma aliqua infinita inten-
siue. Et si dicat̄ ꝙ hec rō nō ɔcludit nisi in forma que
pōt intēdi ⁊ remitti. nō aūt in forma indiuisibili qualis
esset aīa uel angel⁹ si poneret̄ infinite pfectionis ī ra-
tione sua specifica. Nō valet quidē. nā idem sequitur
qꝛ posset fieri aīa minor illa infinita p vnū gradū. da-
to ꝙ nō fiat diminutio ī eadē forma numero. q̄ facto
2ᵃ remanet infinita. ⁊ ita infinite virtutis ⁊ moueret ī
instanti ⁊ equaret̄ virtuti maiori. Et si dicat̄ vlteri⁹ ꝙ
eo ipso ꝙ poneret̄ minor caderet in quādā finitatem
⁊ fieret limitata. qꝛ omne mi⁹ infinito finitū est. sicut
dicim⁹ de creatura. Nō valet vtiq̄ qm̄ ī ordine speci-
fico sicut ab inferiori ad superi⁹ sp pcedit̄ p media. ita
a superiori descendit̄ ad inferius p media. sunt enim
oēs gradus imediati ⁊ cōiuncti uel cōnexi successiue
⁊ ideo ab aīa infinita in rōne aīe intellectiue. non pos-
set imediate descendi ad aīam finitā qm̄ illa in q̄cūq̄
gradu poneret̄ eēt dare superiorē ⁊ ꝓximiorē aīe in-
finite. cum igitur incipiendo ab infinito gradu specifi-
co ⁊ ascendēdo vsq̄ ad gradū infinitū necessario ꝓ-
cederet̄ p media ɔnexa. oportet ꝙ econuerso descē-

dendo ab illo gradu infinito ꝓcederetur per illa ea-
dem per que ascendebat̄. ⁊ statim sequeret̄ contradi-
ctio. quia in ascendendo semp omnes gradus eēnt fi-
niti. ⁊ in descendendo eēnt infiniti. si enī infinitū ordi-
nate minuit̄. qđ restat semp ē infinitū in virtute istı⁹.
⁊ finito remoto ab infinito. qđ remanet erit infinitū
semp aūt totū augmētatū erit infinitū in virtute istı⁹
ꝓpositionis: ex finito addito nō cōsurgit nisi finitum.
fm hoc ergo infra eandē speciē erunt duo processus
vnus in ascēdēdo continens in infinitū grad⁹ finitos
⁊ alius in descendēdo cōtinens gradus infinitos ī in-
finitū. si vō alij sequeret̄ ꝙ īfra eādē speciem sūt duo
ordines graduū. imo infra eosdē terminos erūt ordi-
nes oīo dispari. qꝛ inter infimū gradū ⁊ sūmū eiusdē
forme. hoc aūt non habet locum in deo. qꝛ nec a crea-
tura ascēdit̄ ad deū p media ɔnexa. sic ꝙ vltimū ī suo
supremo vniatur cum infimo diuinitatis eo modo q̄
necesse est de gradibus q infra eādē spēm continent̄
vñ nō est accipere infra eandem spēm uel formā vnū
gradū qui distet in infinitū ab oī gradu alio eiusdem
forme. aliogn non esset eiusdē rōnis. deus vō in infi-
nitū distat a qualibet creatura. ❡ 3°. Si possibilis eēt
talis grad⁹ infinitus infra formā specificā. utpote in-
fra albedinē aut caliditatē. sequit̄ ꝙ motus rect⁹ pōt
esse continuus in infinitū. cuius oppositū demōstrat
ph̄us 8°. physicorū. Et iterū sequeret̄ ꝙ mot⁹ eēt fru-
stratorius ⁊ ociosus qui ordinaret̄ ad vltimū illı⁹ for-
me cū forma illa vltimū non haberet nisi gradū infi-
nitū ad quē nūq̄ ptingeret motus ille. ⁊ iterū seque-
retur ꝙ albedo uel calor posset recipere aliquē gra-
dū quē nullū agēs nāle posset inducere. ɔtra regulā
illā q̄ dicit ꝙ oī potentie passiue nāli corñdet poten-
tia actiua nālis. sꝫ oīa hec sunt īpossibilia. igit̄ talis for-
ma est īpossibilis. s. infinita intēsiue infra eādē spēm.
❡ 4°. Infinitas itensiua negat vltimū ⁊ t̄minū inten-
siōis. qđ enī hꝫ vltimū ⁊ t̄minū intensiue finitū ē. sꝫ tal'
forma si poneret̄ esset in termino intēsionis. qꝛ si det̄
ꝙ nō sit in termino pōt vltra addi intēsio siue gradus
excedēs. infinito aūt nihil pōt addi. ğ relinquit̄ ꝙ for-
ma infinita intensiue habeat finē ⁊ terminū intensiue
sꝫ qđ hꝫ terminū intēsiue est finitū ⁊ terminatū itēsiue
vñ ⁊ īproprie dicit̄ deus infinitus intēsiue. in eo enim
nō ꝓprie cadit intēsio sꝫ sua infinitas est per carentiā
omnis specificationis. ❡ 2ᵐ vero dictum in eadem
ɔ̄ne improbat. primo sic. Qꝛ enī impossibile sit produ-
ci uel esse rosam simpliciter subsistentē que predice-
tur quidditatiue de rosis particularibus Aristoteles
ostendit. sed etiam ꝙ impossibile sit esse rosam sim-
pliciter exemplarē tante latitudinis in essendo quāte
est latitudinis rosa predicabilis in esse intellectuali:
arguit ipse sic. Impossibile est ꝙ fiat aliqua sub̄a ex-
pers boni ⁊ oīs opationis. esset enī ociosa nec habe-
ret cōnexionē cum partibus vniuersi. sed si poneret̄
ꝙ deus faceret rosam simpliciter subsistere ī natura
talis esset ociosa ⁊ expers boni ⁊ operationis. qꝛ non
est de natura rose ꝙ intelligat. nec etiam valeret ad
generationē rerū particulariū. ut ph̄s deducit 7° me-
taphisice. nec iuuaret etiam ad scientiā. quia sine q̄a

adhuc habetur sufficienter scientia de rosa. ergo talē substantiā fingere est fingere aliquid ociosū ⁊ expers omnis operationis aut boni. tale autem deus facere non posset. quia nec talis substantia ē factibilis cum in fundamento nature nihil possit esse ociosū ⁊ inutile. vñ nec aliquid potest pticipare entitatē diuinā qn sit vtile ⁊ bonū ac per operationē aliquam ordinabile i deum. uel imediate. ut substātie intelligentes. ul' mediate. ut ille substantie corporee que ordinant̄ i deū mediante ordine vniuersi in quo cōnectunt̄ per suas operationes ¶ 2°. Qua rōne posset deus facere rosā simpliciter subsistētē. eodē modo posset ⁊ aliam oēm sensibilē naturā. sed manifestū est ⁊ apparet in multis ɔtradictio. nam cursus simpliciter subsistere non pōt quia aut motus subsisteret in aliquo mobili ⁊ currēte ⁊ ita aliqḋ abstractū moueret ⁊ curreret. qḋ dici non pōt. aut subsisteret in se sine currēte. qḋ etiam nō pōt esse. quia nō pōt intelligi sine ipso. nec similiter cessio potest intelligi simpliciter subsistere. Iterū nec albedo. qꝛ nō posset mouere visum. ⁊ ita nec disgregare. vñ non esset color disgregatiuus. ergo dici nō potest ꝙ nature specifice similes rebus sensibilibus fiant in rerū natura per diuinam potentiam simpliciter subsistentes. ¶ 3°. Deus non pōt facere naturā aliquā sine differentia ipsam ɔstituente. est enim contradictio repugnans primo modo per se. sed si nature reꝝ sensibiliū simpliciter subsisterēt sequeretur ꝙ essent sub opposito proprie differētie. verbi grā albedo simpliciter subsistens non esset color. quia non eēt motiuus visus. nec etiam disgregatiuus. siliter nec aial esset corpus sensitiuū. tale nāq3 abstractū nec posset pati a tangibilibus nec ab odoribus uel coloribus. Similiter nec rosa abstractaruberet. non enim posset mouere visum. similiter nec redoleret mouēdo olfactū. ⁊ similiter cum oēs nature sensibiles habeant ꝓprias opationes ſm differentias specificas sic ꝙ opatiōes sic faciunt scire ꝓprias formas ⁊ differentias rerum ut dicit phs 8°. metaphisice. Et cōmētator in 7°. Sūt enim forme substantiales principiū taliū operationū manifestū est aūt ꝙ si ponerent̄ nature tales habentes esse abstractū sequeretur ꝙ carerent hꝰ pncipijs ⁊ ita carerent ꝓprijs differentijs cōstitutiuis. ipossibile est ergo ꝙ tales nature subsistant. hec ille. ¶ Cōtra 3am ɔnē arguit Gregoriꝰ ꝓbando ꝙ deus possit facere aliquā multitudinē actu infinitā. pmo sic. Cuiuslibet ɔtinui actualiter sūt infinite ptes. ergo possibile ē aliquā multitudinē actu infinitā eē. añs ꝓbat̄ auctoritate ⁊ rōne. auctoritate qdē Augꝰ. 2°. de libero arbitrio ca°. 15°. dicentis. Quicquid corporis sensu attingit̄ iā nō est vnū s3 multa esse cōuincit̄: corpꝰ enī est. ⁊ ideo habet inumerabiles ptes. ex quo seq̄t̄ ꝙ oē corpꝰ habet ptes inumerabiles. si aūt inumerabiles. ergo īfinitas. Rōne idē patet. nā ɔstat ꝙ oē ɔtinuū h3 plures ptes ⁊ nō tot numero quin plures. ⁊ oēs suas ptes actualiter ⁊ sil' habet. ergo oē ɔtinuū simul habet ptes infinitas actualiter. Et si dicat̄ ꝙ continuū h3 ptes infinitas in potentia tm̄ nō i actu. Quero an li i potētia determinet hoc verbū habet. ut sit sensus ꝙ ɔtinuū in potentia habet. id ē pōt habere ⁊ nō habet ptes īfinitas. ita ꝙ habere ptes infinitas verificetur de cōtinuo tm̄ in ꝓpositione de possibili. ⁊ nō de inesse. sicut dicimꝰ de aliquo ere ꝙ est in potētia statua. ⁊ nō est statua. ⁊ p3 ꝙ iste sensus est falsus. qꝛ tūc hec nō esset vera: continuū h3 plures ptes. quod satis apparet falsū. ⁊ ɔña ista patet. qꝛ si habet plures ⁊ non finitas tm̄. ergo infinitas. Itē Augꝰ i auctoritate inducta de inesse enūciat ꝙ corpꝰ h3 innumerabiles ptes. Aut li i potētia determinat li ptes ut sit sensus ꝙ continuū habet infinitas ptes in potentia. id est potētiales. s. quarū nulla ſm se vnū hoc aliquid ꝑcisum nō faciēs cū alijs vnū hoc aliquid. s3 oēs hoc aliquid in actu cōstituūt ad differētiā ptiū quātitatis discrete: quarū quelibet ē ſm se vnū hoc aliqd. nec oēs hoc aliquid in actu ɔstituūt. ⁊ iō nō actuales sed potētiales ptes dicunt̄. ⁊ hic sensus verus est. alias cōtinuū eēt discretū. S3 h nō tollit veritatem añtis. nam cōtinuū sicut actualiter habet plures ptes potentiales. sic actualiter infinitas ptes potentiales. ⁊ p ɔñs actualiter ē aliq̄ multitudo infinita ptiū potentialiū. Ex q̊ vlteriꝰ p3 pncipalis ɔña. qꝛ nō est magis impossibile simpliciter esse aliquā multitudinem aliquorū nō facientū per se vnū in actu q̄3 aliquorū facientū per se vnū. qḋ p3. qꝛ ois repugnātia q̄ assignatur in illis. verbi grā. ꝙ totū esset equale vel minꝰ pte. ul' ꝙ infinitū eēt maiꝰ infinito. aut ꝙ actualitas existentie repugnet infinito ptibili. aut aliq̄ alia que ab oppositū tenētibꝰ assignat̄. eque apparenter assignat̄ in infinita multitudine q̄ est actualiter ptium potentialiū ɔtinui. vñ nulli pōt apparere rōnabiliter impossibile esse infinitas aias in actu plꝰ q̄3 ptes continui eē infinitas in actu. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ cū deꝰ imediate se solo quālibet entitatē possit ɔseruare in esse sine q̄cūq3 qḋ nō est de essentia illiꝰ. poterit alicuiꝰ ꝓportionis quālibet ptē in ɔtinuo existentē actualiter diuidere a qualibet alia eiusdē ꝓportionis que non ē pars eiꝰ. ⁊ quālibet talē ɔseruare i esse. quo facto erit actualis multitudo infinita discretorū nō facientiū p se vnū. nā tales ptes ꝓportionales sunt infinite. verbi gratia pma medietas totius. ⁊ pma medietas 2e medietatis. ⁊ iterū prima medietas alterius. ⁊ sic consequenter quarū nulla est pars alteriꝰ. ¶ 2°. principaliter. Deꝰ posset in cuiuslibet ptis ꝓportionalis vnius hore tēporis instanti initiāte ꝓducere vnū angelū. ⁊ ꝓductū ɔseruare. verbi grā in pmo instanti hore ꝓducere vnū. ⁊ in pmo instanti 2e medietatis sequētis ꝓducere aliū. ⁊ in pmo instāti medietatis residui ꝓducere aliū. ⁊ sic ɔsequēter. ergo deus pōt facere multitudinē actu infinitā angelorū. añs patet qꝛ nihil impossibile nec aliqua incōpossibilia includit. ɔña ꝓbat̄. nā dato casu in fine seu instante terminante totā horam essent sil' infiniti angeli sicut in ipsa hora sunt infinite hꝰ ptes ꝓportionales. ¶ 3°. Ex eo ꝙ ponit̄ esse aliqua multitudo actu īfinita nulla ɔ̄dictio iplicat̄. ergo deꝰ pōt ⁊c̄. p3 ɔña ex dictis coīt3 theologoꝝ. añs declaratur ex eo ꝙ īfinitas non tollit rōnē multitudinis. nec etiā aliqd neccio ɔsequēs ad multitudinē. nō enī iō nō eēt multitudo: aut rei non ɔueniret aliqd neccio cōpetēs

multitudini si eēt aliq̄ multitudo īfinita. nec ecōuerso
multitudo tollit rōnē infinitatis aut aliqd necessario
cōsequēs infinitatē. ¶ 2° loco arguit ꝯ eandē ꝯnē ꝓ
bando ꝙ possibile ē esse aliquā magnitudinē actu in/
finitā seu corp⁹ aliqđ infinitū. ⁊ arguit p̊ sic. Quia nul
la ꝯtradictio implicat̄ ex eo ꝙ ponit̄ aliqđ corp⁹ infi/
nitū: cū infinitas nō tollat rōnē magnitudinis uel ali/
quid eā necessario ꝯsequēs. nec econuerso magnitu/
do tollit rōnē infinitatis. vñ nullā incōpossibilitatem
includūt. ¶ 2° q2 de⁹ pōt facere corp⁹ infinitū ſm lō/
gitudinē in vnā partē. ⁊ ꝑ hoc etiā sequit̄ ꝙ possit fa/
cere in oēm infinitū si sibi placet. cū vnū nō sit magis
impossibile q̄ȝ aliud. assūptū ꝓbat̄. ⁊ sumo grā exem/
pli vnū corp⁹ longū decē palmis. ⁊ latum vbiqȝ vno
palmo. ꝯstat ꝙ in isto sunt infinite ꝑtes ꝓportionales
ſm modū diuisionis ꝑtactū quaꝝ quelibet ſm dimē/
sionē latitudinis est uel totius est vni⁹ palmi. ⁊ per ꝯñs
quelibet eq̄lis cuilibet. q̄uis ſm dimensionē nulla sit
alteri eq̄lis. tūc sic. possibile ē deū oēs h⁹ ꝑtes ꝓpor
tionales diuidere. ⁊ ſm aliā dimēsionē qua sūt equa/
les cōiungere ⁊ vnire. ⁊ ita ꝯstituant vnā magnitudi/
nem. sicut nūc constituūt. ḡ deus pōt facere vnū cor/
pus longū infinite in vnā ꝑtē. añs non videt̄ habere
dubium apud aliquē catholicū. ⁊ ꝯñā pȝ. q2 tunc tale
corpus haberet in longitudine suas infinitas partes
eiusdē quātitatis. s. palmalis. ¶ 3° ad idē sic. Suppo/
no ꝙ in infinitū deus pōt augere magnitudinē. tunc
pono ꝙ sint due magnitudines a ⁊ b cōstituētes vnū
angulū cui⁹ basis sit magnitudo c. ⁊ ꝙ quiescentibus
c ⁊ b. magnitudo a tantū eleuet̄ ex ꝑte q̄ cōstituit an/
gulū cū b ut sit eque distans ipsi b. totū hoc ē possibi/
le etiam naturalit̄. cū hoc etiā pono ꝙ cōtinue dū ele
uat̄ magnitudo a. deus augeat eā tantū. ⁊ silr̄ b in/
directū ꝙ ꝯcurrant actualiter toto tp̄e ꝑcedente in/
stans in q̄ p̄mo erūt eque distantes. ⁊ hoc pȝ eē possi/
bile ex suppositione p̄mo facta. Tūc arguit̄ hoc casu
possibili posito tūc ille magnitudines erūt infinite q̄n
erunt eque distantes. ḡ deus pōt facere magnitudi/
nem infinitā. ꝯñā patet. sȝ añs ꝓbat̄. q2 si dicat̄ ꝙ sint
finite sequitur ꝙ uel non sp̄ dum a eleuabat̄ tantū in
sua rectitudine augebat̄ ut ꝯcurrerēt. qđ ē ꝯtra potē
tiā. uel ꝙ q̄ȝtūcūqȝ modicū a depmeret̄ versus b ex
ꝑte qua p̄us eleuabat̄ neutra crescēte ꝯcurrerēt. qđ
est ꝯtra sensum. ¶ 4° pōt argui. Nā data aliq̄ magni/
tudine cuba pōt deus in cuiuslibet ꝑtis proportiona/
lis hore vni⁹ instanti iniciante cuilibet lateri magnitu/
dinis illius addere equalē illi magnitudinē cubam q̄
vnā ꝑ se magnitudinē simul cōstituant. igit̄ deus pōt
facere magnitudinē oīquaqȝ infinitā. ꝯñā patet. q2 in
instāti terminānte horā erit illa magnitudo vndiqȝ in/
finita. ¶ 3° loco ꝓbat ꝙ de⁹ pōt facere aliquā formā
ut charitatē aut aliā formā intensibilē ⁊ remissibilem
infinitā intensiue in sua spē. Et arguit primo sic. quia
si hoc non sit possibile. aut hoc ideo est. q2 impossibile
est eē aliqd ī actu infinite ꝑfectū seu ꝑfectionē īfinitā
aut q2 ipossibile ē aliquā creaturā eē ꝑfectionē īfini/
tā. q2 tūc eq̄ret̄ deo in ꝑfectione. ⁊ ꝑ ꝯñs eēt de⁹. ⁊ sic
esset creatura ⁊ deus. ⁊ sic deus ⁊ nō de⁹ ⁊ creatura ⁊
nō creatura. aut q2 ipossibile ē aliqd infinite ꝑfectio/
nis esse min⁹ ꝑfectū aliquo eiusdē rōnis uel partē esse
equalē toti. quoꝝ alterū sequit̄ necessario. ut videt̄ ꝑ
rōnes aduersarioꝝ. Ista diuisio videt̄ sufficiēs. quia
ex his videret̄ arguere q̄cūqȝ tenēt oppositū. Sȝ ꝓ
pter nullū istoꝝ debet hoc negari. Non quidē ꝓpter
p̄mū. q2 infinitā ꝑfectionē eē actu nō est ipossibile cū
deus sit bonitas ⁊ ꝑfectio infinita in actu. Ex q̄ pȝ ꝙ
nō repugnant nec sūt incōpossibiles īfinitas ⁊ actua/
litas. sicut aliq̄ ꝓ fundamēto sue positionis assumūt.
Nec ꝓpter 2ᵐ hoc debet negari. nō enī esto ꝙ aliqua
charitas sit infinita intēsiue. sequit̄ ꝙ sit eque ꝑfecta
ut de⁹. q2 de⁹ est ꝑfectio infinita simpliciter. charitas
aūt esset ꝑfectio infinita in genere. q2 non solū de⁹ sȝ
aliqua etiā finita ꝑfectio alteri⁹ rōnis pōt eē ꝑfectior
sicut substātia angelica ꝑfectior esset charitate infini
ta creata. ⁊ finita intellectio ꝑfectior ⁊ nobilior esset
nigredine infinita. Huic attestat̄ Aug⁹ in libro de na/
tura ⁊ grā. Ego quidē sentio q2 etiā cū fuerit ī nobis
tanta iusticia ut addi ei nihil oīo possit. nō equabit̄ cre
atura creatori. ⁊ li cū sumit̄ ꝯiunctionalit̄ ⁊ equiualet
huic ꝯiūctioni si. Nec 3ᵐ debet mouere. q2 illud nō ē
ipossibile. ut patet de ꝑtib⁹ ꝯtinui. Nec etiā 4ᵐ. q2 uel
altera ꝑs nō ē ipossibilis uel neutra seq̄t̄. ut pȝ formā/
do siles argumentatiōes de ꝑtib⁹ ꝯtinui. ¶ 2° Si de⁹
ꝑ vnā horā cōtinue augeret charitatē. sic tñ ꝙ in pri/
ma medietate totius hore crearet charitatē tāti gra/
dus. ⁊ in p̄ma medietate sequētis medietatis crearet
equalē charitatē charitati quā creauit in p̄ma medie
tate totius. ⁊ recte in p̄ma medietate residui crearet
equalē. ⁊ sic sp̄ velocitaret suam actionē ſm quālibet
taliū ꝑtiū ꝓportionabiliū. ⁊ quālibet ꝯseruaret ī fine
hore creata esset charitas actu infinita intēsiue. ꝯñs
patet q2 charitas existēs in fine hore haberet īfinitas
ꝑtes equales sicut ī tēpore sue creatiōis fuissent tūc
infinite ꝑtes ꝓportionales. sed añs ē possibile. tū ꝙ ī
tota vna hora creet charitatē. patet eē possibile. Itē
ꝙ possit velocitare suā actionē. cum agens creatū h
possit. ut patet in motib⁹ naturalib⁹ qui sunt velocio/
res in fine. Item in agentibus voluntarijs hoc expe/
rimur ꝙ etiā semꝑ possint velocitare suam actionē in
duplo. Iuxta modū dictū etiā manifeste cuilibet oc/
currit cum nullū sit minimū temp⁹ in quo possit tantā
latitudinē charitatis creare. sed in quātolibet minore
pōt tātā ⁊ maiorē creare ſm placitū suū. ⁊ ꝑ ꝯñs non
apparet quin añs sit totum possibile. ex quo sequitur
ꝙ etiam ꝯñs qđ est ad propositū. ¶ 3° potest argui po
nendo ꝙ deus in cuiuslibet partis ꝓportionalis hore
ſm diuisionē tactam instanti iniciante crearet chari/
tatē tāti gradus seu equalē ⁊ adiūgēt prioꝝ. qđ totū
potest esse possibile ⁊ nullam repugnantiā implicare
ex quo sequit̄ ꝙ in fine hore erit charitas actu infini/
ta propter inclusionem infinitarū ꝑtiū equaliū sicut
sunt infinite partes ꝓportionales in tēpore dato. hec
ille. ¶ Adam etiā multa argumēta facit in ista mate/
ria. Primū est quia deus potest facere ꝑtes ꝓportio/
nales cōtinui signi esse actu ab inuicem diuisas. quia
signādo partes ꝓportionales spacii alicuius super qđ

moueatur corpus aliquod τ vocādo primā partē pro-
portionalem primam medietatem totius spacii. τ se-
cundā ptem proportionalē primam medietatem residui
τ sic in infinitū i instāti q̄ p̄tingit mobile ad finē p̄me
ptis pōt eā deus secare τ diuidere a posterioribus. τ
sic de 2ª τ de oībus ptibus proportionalib⁹ sequētibus
illis. τ si mot⁹ sit vniformis cito finire poterit. ġ tales
diuisiones erunt infinite. τ tunc habebunt̄ infinita sil'
ab inuicē diuisa quoꝝ nullū est minimū sicut nec vlti-
mū ex ea pte versus quā processit mot⁹. ꝫ oēs q̄s de⁹
ab inuicē potest diuidere. τ sic diuisas cōseruare pōt
deus ab inuicē simul diuisas creare. τ eodē modo po-
test argui de charitatibus īfinitis. ut patet si charitas
aliqua p vnam horā vniformiter produceret̄ p partem
an̄ partē posset deus facere ne pars acquirēda sit in
posteriori medietate tēporis faceret vnā cū pte acqsi-
ta in priori medietate. τ pari rōne ne acquirenda i 2ª
pte proportionali temporis vniret̄ alicui parti proportio-
nali posteriori acquirende. τ sic de omnib⁹ alijs. ¶ 2º
sic. Q̄dcūq3 potest deus facere successiue pōt facere
simul. sed pōt deus facere. imo faciet infinita succes-
siue in futuro. puta infinitas cogitatiōes angelorum
igit̄ pōt facere simul infinita in actu. ¶ 3º Oia existen-
tia totaliter distincta pōt deus facere per se existere
maxime si sint absoluta. sed in oi corpore sunt infinite
ptes proportionales totaliter distincte. igitur infinitas
ptes proportionales corporis potest de⁹ facere existe-
re in actu. τ si potest facere existere infinita sil' in actu
ita poterit hoc facere de aiabus uel angelis sicut de
corporibus. aᵒʳ pbat̄. quia non est difficilius deo fa-
cere aliqua existētia in potētia totaliter distincta exi-
stere per se q̄3 alia. igitur qua rōne pōt facere aliq̄ ex-
istentia in potētia existere p se. pari ratione pōt face-
re quecūq3 alia totaliter distincta existere in actu. bᵒʳ
pbat̄. s. q in omni corpore sint infinite partes propor-
tionales totaliter ab inuicē distincte. ex 3º physicoꝝ
caº de infinito. ¶ 4º quia in quacūq3 linea sunt infini-
ta pūcta τ in oi superficie infinite linee. τ in oi corpo-
re infinite superficies totaliter distincte. ꝫ nullū pu⁹
est in illis pars posterioris. qꝛ pūcta nō sunt ptes linee
nec linee ptes supficiei. ġ pōt de⁹ lineā ānihilare oib⁹
eius pūctis conseruatis vbi p̄us fuerūt nulla mutati-
one facta in illis uł aliquo istoꝝ quo ad sitū. τ pari ra-
tione de lineis respectu supficiei. uł supficieb⁹ respe-
ctu corporis. τ tunc certū est q remanent pūcta infi-
nita in actu. ¶ 5º sic. Deus nouit actu oia creabilia τ di-
stincte sicut notū est. igit̄ nouit actu τ distincte infini-
ta creabilia. τ voluntas dei non est minoris potentie
q̄3 sua sapientia uel sua noticia. igit̄ pōt de⁹ velle oia
ista creabilia. τ tunc sequit̄ necessario q erunt simul
uel voluntas beneplaciti eius non implebit̄. igitur se-
quitur q deus potest facere infinita esse actu simul.
¶ 6º Non minoris potentie est deus ad creādū infini-
ta entia in actu distincta q̄3 infiniti angeli uł anime si
essent simul cū deus sit tāte potētie q maior cogitari
nequit simplex nec aggregata. sed infiniti angeli uel
aie si essent sil' possent causare infinitos actus volē-
di sil' libere. igit̄ deus pōt sil' causare infinitos tales

actus. igit̄ de⁹ pōt facere infinita in actu. τ hoc i qua-
cūq3 spē cū nō sit sibi difficili⁹ de angelis q̄3 de actio-
nibus angeloꝝ. ¶ 7º sic. Deus pōt simul facere illud
qd̄ non repugnat potentie finite. ꝫ potentie finite nō
repugnat causare infinita simul in actu. igit̄ de⁹ ꝫ pōt
bᵒʳ pbat̄. qꝛ ignis gehenne crucians aias dānatoꝝ
posset causare infinitos cruciat⁹ si eēnt illi cōiuncte
infinite aie. igit̄ q̄tū est ex se hoc pōt. hoc igit̄ sibi non
repugnat. igit̄ de⁹ hoc pōt facere. ¶ 8º sic. De⁹ pōt fa-
cere qcqd creatura pōt imaginari fieri. sed creatura
pōt imaginari fieri infinita distincta ab inuicē in actu
igitur deus pōt facere infinita simul in actu. aᵒʳ pba-
tur. qꝛ creatura pōt imaginari potentiā q̄ posset si eēt
facere quicqd ipsa posset imaginari fieri. quia aliter
non pōt imaginari aliquid fieri nisi posset imaginari
agens qd̄ posset illud facere. ꝫ creatura non pōt ima-
ginari p agens potentius deo. igit̄ de⁹ pōt facere qc-
quid τ creatura pōt imaginari: ꝫ creatura pōt imagi-
nari infinita esse totaliter distincta. igit̄ deus pōt hoc
facere. bᵒʳ pꝫ. quia quilibet hō pōt imaginari infinita
pūcta fieri actu simul uel lineas aut supficies preser-
tim i sacramēto altaris vbi quātitas est sine subiecto
imo multi credūt ita fieri in rarefactione qualibet. si-
militer multi credūt q in oī alteratiōe sit in quolibet
instāti diuersa forma totalis uel totalit̄. τ p ɔn̄s ima-
ginant̄ infinita fieri actu in tēpore finito. ġ hoc potest
de⁹ facere in instanti. ¶ 9º Descendat aliqd̄ graue in
medio aeris versus superficiē a in aere eque distante
oriçonti. τ sit agens ita cōdēsans aerē circa a. q̄si illud
graue. s. b nō possit attingere ad a propter densitatem
medij. sed stet ante a si sit possibile. tunc eni verum est
q b anteq̄3 quiescat mouebit̄ in duplo tardi⁹ q̄3 i pn-
cipio τ postea in quadruplo tardi⁹ τ sic in infinitū. ġ cū
non lateat deū instans qd̄cūq3 in quo duplicabit uł
quadruplabit̄ motus τ sic de singulis. sequit̄ q deus
poterit si voluerit in quolibet instanti creare vnū an-
gelū τ ita in toto tempore motus poterit creare infi-
nitos angelos. ¶ 10. Sm̄ sententiā Augꝰ. 2º de ciuitate
dei. τ ph̄i 12º metaphisice: Angeli mouent orbes cele-
stes. ponat̄ igit̄ aliquē orbem nō habere quācūq3 re-
sistētiā extra se nec ab orbe supra se nec ab orbe infe-
riori. τ q deus sequestret potentiā resistiuā intrinse-
cam orbis ita q non resistat angelo mouenti. ita tn̄ q
infra substantiā illius orbis includat̄ aliquod corpus
resistēs motui circulari illius orbis. sicut ignis uł ali-
qua stella. τ moueat angelus circulariter illum orbē.
sit orbis solis habens stellam illuminantē aerē τ cor-
rūpat deus vniformiter in vna hora totam illam resi-
stentiā uel minuat eam sic q in fine hore nulla sit resi-
stētia i illo orbe solis. qd̄ totū ē possibile satis. sicut pꝫ
cum nulla repugnantia supponātur nec aliqd̄ ipos-
sibile. Isto casu posito arguit̄ sic. Sol i hora data cau-
sabit infinita lumina. igitur deus potest multo magis
causare infinita lumina in illa hora τ conseruare ea.
assumptū pbat̄. qꝛ in p̄ma medietate sol gn̄abit vnū
lumē in aere sic̄ nūc facit in vna die. τ siliter faciet no-
ctem in eodē aere in eadē prima medietate τ in secū-
da parte proportionali generabit aliud lumen. τ sic

de ceteris.igit̄ in tota hora faciet ifinita luia ⁊ noctes
ifinitas.sic q̄ semel reuoluat̄ orbis i p̄ma medietate
hore.q2 idē argumētū ē si i p̄ma medietate hore faci/
at medietatē vni⁹ reuolutiōis ul' aliā ptē.q2 nccio se/
quit̄ q̄ i tota hora faciet infinitas reuolutiōes.⁊ per
ɔn̄s infinita luia in aere ⁊ infinitas noctes.⁊ aggre/
gari pōt argumētū q̄ saltē poterit i oi pte ꝓportiona/
li vnā talē cōpletā reuolutionē.⁊ stat argumētū. ℭ xj°
Ponat̄ q̄ agens nāle incipiat diuidere aliqđ corpus
continuū.puta aquā i vna hora vniformiter ſm lōgū
tunc sic dū agens sic diuideret vsq3 ad mediū de⁹ po/
terit alteri⁹ dati ɔtinui diuidere medietatē a medieta
te.⁊ agens nāle p̄cise cōplebit medietatē residui diui
dendo poterit vtrāq3 uel alteram medietatē corpo/
ris dati diuidere in duas medietates.⁊ sic vsq3 i finē
hore.igit̄ in fine hore habebit infinita corpora in actu
sc3 ptes ꝓportionales q̄s de⁹ diuidet modo predicto
ℭ Cōfirmat̄.q2 qñ agens nāle corrūpit aliqd p ptem
ante ptē posset de⁹ recreare i actu partes ꝓportiona/
les successiue.igit̄ ⁊c. ℭ Cōtra 4ᵃᵐ ɔ̄nem arguit Au/
reol⁹ ꝓbando q̄ ipossibile sit simpliciter q̄ magnitu/
dini addat̄ in infinitū magnitudo eiusdē quantitatis:
ita q̄ p transeat̄ q̄cūq3 data magnitudo.arguit enim
sic.Si magnitudo posset crescere i infinitū oēm datā
magnitudinē trāseūdo neccio magnitudo actu infini/
ta eēt quoddā possibile.qđ ꝓbat̄ sic.q2 si magnitudo
pōt crescere vltra oēm detmīnatā quātitatē cōtinue
trāscēdendo necessario possibilitates sūt ifinite nūe/
raliter ad quantitates finitas in se.sed tñ infinitas in
multi° p quaꝝ additionem magnitudo illa in infinitū
augmētet̄.sed oēs iste possibilitates infinite oiu3 ma
gnitudinū ⁊ quantitatū possibiliū integrāt ⁊ ɔstituūt
vnā possibilitatē totalē respectu vni⁹ toti⁹ magnitu/
dinis apte nate ɔstitui ex oib⁹ quātitatib⁹ finitis in se
⁊ infinitis multi° respectu quarum erant infinite ille
potētie partiales.ḡ neēē ē q̄ ɔsurgat vna totalis po/
tētialitas vni⁹ magnitudinis possibilis ɔstitui ex quā/
titatib⁹ infinitis.illa aūt ē necessario magnitudo infi/
nita.igit̄ infinita magnitudo possibilis ē ⁊ vnā possibi
litatē hēbit.poterit ḡ reduci ad actū p aliquā potētiā
s3 ɔ.is est ipossibile.s.q̄ sit actu aliq̄ magnitudo infini/
ta. ℭ Confirmat̄ sic.q2 oēs ptes magnitudinis ſm q̄s
possibile ē ipsā augmentari ɔcurrūt ad vnā magnitu
dinē ɔtinuā.pōt eni ex his ɔstitui vna magnitudo i nu
mero.sicut aūt se h3 act⁹ ad actū.ita se h3 potentia ad
potentiā.⁊ per ɔn̄s si partes magnitudinis actu posi/
te ɔstituūt vnā magnitudinē totalē.ita q̄ illa magni/
tudo itegrat̄ ex ptib⁹.seqt̄ q̄ potentie ⁊ possibilitates
illaꝝ ptū integrēt vnā potentiā.s.possibilitatē toti⁹.
vn̄ sicut oēs ptes i actu ɔcurrūt ad ɔstituēdū vnū to
tū i actu.sic possibilitates oiu3 ptū ɔstituūt vnā possi
bilitatē totius.q2 igit̄ data aliq̄ magnitudine q̄rit̄ an
possibiles sint addi sibi ifinite ptes magnitudinis suc/
cessiue.uel nō.si 2ᵐ habet̄ ꝓpositū.si p̄mū seqt̄ q̄ infi/
nite magnitudines sūt possibiles.nō qdē q̄ sint i actu
s3 tñ sūt i potētia.ɔstat aūt q̄ oēs ille si ponerēt̄ i actu
ɔstituerēt vnā magnitudinē i actu.ḡ si ponāt̄ in potē/
tia possibilitates oiu3 ɔstituūt possibilitatē vni⁹ toti⁹.
⁊ p ɔn̄s totū illud erit qd possibile.ois aūt possibilitas
reducibilis ē ad actū.ut p3 ex diffinitiōe potētie alias
si reduci non posset nō esset vtiq3 possibilitas.s3 pot⁹
qd ꝓhibitū ⁊ ipossibile.magnitudo ḡ ifinita i actu erit
possibilis si pōt augmētari magnitudo i ifinitū. ℭ Cō
firmat̄ sic. Nulla potētia respicit ꝓcessū ptū ɔstituē/
tiū vnū totū.nisi q̄ten⁹ p p̄us respicit ipsū totū.⁊ ita si
ptes i infinitū addi possibiles sūt i aliq̄ potētia ordina
ta ⁊ debito mō se hñte.necesse est q̄ totū p pri⁹ subsit
illi potētie.erit ḡ tota vna magnitudo si fuerint ptes
possibiles addi in ifinitū. ℭ Cōtra 6ᵃᵐ ɔ̄nē arguit.p̄ sic
Qñcūq3 aliqua potētia respicit multa quoꝝ vnū est
pfecti⁹ alio ⁊ totale ſm pfectionē respectu alteri⁹.per
p̄us respicit illud totale qđ ē pfecti⁹ q̄3 respiciat ipfe/
ctiora q̄ sūt q̄dāmodo ptialia i pfectiōe.⁊ hui⁹ rōe.q2
sicut se hñt hꝰ in eēndo sic q̄ vnū est nobili⁹ ⁊ pfecti⁹
alio.sic se hñt in ordine ad potētiā.q2 p̄ncipali⁹ respi/
cit̄ a potētia illud qđ ē nobili⁹.s3 manifestū ē q̄ si ꝓce
dit̄ in infinitū in specificis pfectionib⁹ creature.sp̄ su/
perior ē qđdā totale pfectionale respectu inferioris.
ɔtinet eni pfectionē inferioris ⁊ adhuc pl⁹.ḡ prius re/
spicit dei potentia aliqđ totū ɔstitutū ex oib⁹ istis pfe/
ctionib⁹ qđ h3 rōnē toti⁹ pfectionalis respectu oiu3 q̄3
respiciat quālib3 pfectionē minorē partialē.ɔstat āt
q̄ illud pōt de⁹ ꝓducere qđ p̄us ⁊ p̄ncipali⁹ subest sue
potētie.ḡ poterit ꝓducere de⁹ spēm vnā totalē emi/
nēter ɔtinētē pfectiones oiu3 aliaꝝ creaturaꝝ.si igit̄
pfectiōes hꝰ sūt infinite necesse erit creaturā istā to/
talē eē infinite pfectionis.quod est impossibile. ℭ 2°
Processus alicui⁹ ad mēsurā necessario ē finit⁹.sicut
patet dū ꝓcedit̄ a numeris ad vnitatem ꝓceditur ad
mēsurā.⁊ iō talis ꝓcessus finit̄.⁊ hui⁹ cā est.q2 de ra/
tione mēsure est q̄ sit p̄ncipiū cognoscēdi ⁊ certificā/
di alia.ut p3 10.metaphisice.⁊ ꝓpter hꝰ qđ est mensura
debet eē maxime cognitū.⁊ p hꝰ debet eē p̄us oibus
mēsuratis.⁊ ɔn̄ter debet eē i actu.ita q̄ si ꝓcedit̄ ad
mēsurā de necessitate deuenit̄ ad eā.alias erit inco/
gnita nec erit possibilis eē.s3 manifestū ē q̄ i pfectio/
nib⁹ specificis dū ꝓcedit̄ ad supi⁹ ꝓcedit̄ vtiq3 ad mē/
surā.sicut eni albedo i colorib⁹ ē mēsura alioꝝ coloꝝ
q̄ sunt iferiores.ut p3 10.metaphisice.sic spēs supior ⁊
dignior ē mēsura.ḡ ipossibile est q̄ in istis ꝓcedat̄ i in/
finitū.alioqn mēsura nobilissima erit ignota nec pote
rit esse i reꝝ vniuersitate. ℭ 3° Tota vniuersitas spe/
cieꝝ creabiliū cadit a diuina pfectione sicut finitū ⁊ a/
mitatū cadit ab illimitato ⁊ infinito.sed posito aliq̄ to/
tali finito impossibile est in ipso in infinitū ꝓcedere in
ascendendo.⁊ hꝰ qdē p3 in magnitudine finita.licz eni
possit ꝓcedi in ea infinitū diuidendo in ptes minores
nō tñ accepta aliq̄ pte magnitudinis illi pōt ꝓcedi cō/
tinue in infinitū augmētando ſm eandē quātitatē.⁊
similiter idē p3 in multitudine finita.in millenario nāq3
pōt sumi aliq̄s numerus ita paru⁹ cui posset in infinitū
fieri additio.sic q̄ additū infra millenariū maneat li/
mitat.⁊ ita erit in vniuersitate finite pfectiōis speciꝝ.ne/
cesse est eni ut accepta vna spe nō possit in infinitum
fieri additio.sic q̄ additū remaneat infra millenariū
nē hꝰ finitā in pfectione.ḡ non pōt in infinitū proce/

di in pfectionib⁹ specierū. Et si dicaṫ ꝙ l ꝫ vniuersi/
tas specierū sit infinita multiᵗ. tamen finita est perfe/
ctione. qꝛ q̄libet spēs est limitata in se. Nō valet. tū qꝛ
finitū infinities sūptum ꝯstituit infinitū. Q̄uis ḡ que/
libet species sit finite pfectionis. tū spēs infinite cōsti/
tuūt infinitā pfectionē. igiṫ si potest dari ꝙ specierū
creabiliū vniuersitas sit finita ⁊ non infinita in pfecti/
one. necesse ē ponere ꝙ nō sit ifinita in multiᵗ in ascē/
dēdo. tū etiā qꝛ i talib⁹ tātū hꝫ vltimū i q̄ sistiṫ quātū
oīa p̄cedētia. vn̄ si vniuersitas specierū sit infinite p/
fectionis. ⁊ pcediṫ ascēdendo. necesse est ꝙ ibi sit ali/
qua spēs infinite pfectionis. Et si dicaṫ vlteri⁹ ꝙ idē
incōueniēs videṫ sequi in numeris. erit eni in vniuer/
sitate numeroꝝ aliq̄s numer⁹ infinit⁹. Dicendū ꝙ nā
numeroꝝ cōsistit in actu pmixto potētie inq̄tū vno
dato semp ali⁹ ē in potētia ex h̄ ipso ⁊ pp̄ter h̄ ꝙ oēs
numeri nō cōcurrunt ad aliquā vnitatē uel vniuer/
sitatē: ut possit dici numeroꝝ vniuersitas infinita. vn̄
ꝯcedi debet ꝙ in numeris sit in infinitū pcedere. non
aūt ꝙ multitudo numeroꝝ sit ifinita. In spēbus aūt
creaturarū non sic est. qꝛ ex ipsis ꝯnectiṫ vniuersitas
quedā eēntialiṫ ordinata in q̄ est vnitas ordinis ⁊ bo/
nū ut dicit ph̄us. 12° meᵗᵉ. ¶ 4° sic. Processus ad vni/
tatē ⁊ totalitatē nō pōt eē infinit⁹: ⁊ hoc apparet i di/
uisione ꝯtinui. vbi qꝛ ad ptē pcediṫ est pcessus in in/
finitū. in additione vo non est: quia pcediṫ ad totū. in
numeris vo pcediṫ in ifinitū addēdo. quia ē pcessus
ad multitudinē ⁊ nō ad vnitatē seu totalitatē: sꝫ ma/
gis ad spēs dispatas. ⁊ hac ppositione vtitur ph̄us 3°
physicoꝝ. vnitas eni ⁊ totalitas habent rōnē forme.
multitudo aūt ⁊ partialitas rōnē materie. ptes enim
se habent mō māli respectu toti⁹. ⁊ hinc ē ꝙ pcessus
ad multitudinē ⁊ ad ptes pōt eē in infinitū. est eni p/
cessus ad mām ⁊ ad potētiā in qua consistit rō infiniti
qd̄ dicit actum pmixtū potentie. pcessus vo ad tota/
litatē ⁊ vnitatē est pcessus ad formā ⁊ actū ⁊ cōple/
mentum ⁊ finē. ⁊ pp̄ter h̄ nō pōt eē infinit⁹ nisi posset
esse aliquod totū infinitū. uel nisi eēt vanus pcessus
⁊ ociosus. supposito ḡ ꝙ omne totū possibile sit finitū
supposito etiā ꝙ vn⁹ finis ⁊ ṫmin⁹ sit vltra quē pce/
di non possit: statim apparet ꝙ pcessus ad vnitatem
⁊ totalitatē necessario est finitus. sed manifestū est ꝙ
pcessus repert⁹ in perfectionib⁹ creaturarū in ascē/
dendo ē ad quādā vnitatem ⁊ totalitatē. pcediṫ eni
ad multitudinē specierum ex q̄bus ꝯstituitur vnū to/
tum. quia tota vniuersitas entis in q̄ consistit rō boni
⁊ totius. oīa enim entia ſm rōnes specificas ordinata
sunt ⁊ ꝯnexa. alias vniuersitas entiū eēt male dispo/
sita ⁊ esset dissuta ⁊ incōnexa: cui⁹ oppositū est per se
notū: ut cōmētator dicit. 12° meᵗᵉ cōmento. 51°. ait eni
ꝙ manifestū ē per se ꝙ omnia habēt aliqd̄ bonū ⁊ sūt
ordinata ad inuicē nec esse eoꝝ est a casu. ḡ ipossibile
ē ꝙ i pfectiōib⁹ creaturarū ex q̄b⁹ ꝯsurgit illa vnitas
⁊ iste ordo ⁊ h̄ totalitas pcedi possit i infinitū. ociosus
quippe esset iste pcessus cū tendat ad ꝯstitutionē cu/
iusdā toti⁹ vniuersi. qꝛ non posset puenire ad aliud qd̄
intēdit. ¶ 5° sic. Uniuersitas specierum sic ē ordinata
ſm Dionysiū ꝙ infima ꝯnectūtur supremis per me/
dia. sic ꝙ suprema infimoꝝ attingūt infima medioꝝ:
⁊ suprema medioꝝ attingūt infima sup̄moꝝ. ⁊ hoc ꝙ
a supremis descēditur ad infima p imediate cōnexa
⁊ per eadē ascendiṫ ab infimis ad suprema. si ḡ ab in/
fima creatura pcedaṫ in infinitū ascēdēdo. per eadē
ad infima pcedatur. querendū est igiṫ de illo in quod
p̄ descēdit a deo icipiēdo an sit finite pfectiōis aut in/
finite. sed non pōt dari ꝙ sit finite. tūc enim nō dista/
ret ab infima creatura in infinitū: ⁊ per ꝯn̄s pcessus
in perfectionib⁹ specificis non eēt infinit⁹. ⁊ habetur
